









[Library of Anglo-Catholic theology.]

R.C
L

CONSIDERATIONES

MODESTÆ ET PACIFICÆ

CONTRORSIARUM

DE { JUSTIFICATIONE,
PURGATORIO,
INVOCATIONE SANCTORUM,
CHRISTO MEDIATORE,
ET
EUCHARISTIA.

Forbes, William, Bp.

PER GULIELMUM FORBESIIUM, S.T.D.

ET EPISCOPUM EDINBURGENSEM PRIMUM.

OPUS POSTHUMUM DIU DESIDERATUM.

EDITIO QUARTA

UNA CUM VERSIONE ANGLICA.

TOM. I.

DE JUSTIFICATIONE.

OXONII: APUD J. H. PARKER.

MDCCL.

Justification.
Bellarmine, Rob. Francis
Purgatory -
Jesus Christ -
Eucharist, see
Lord's Supper.



5013
22/9/90

ulus, Cardinal.

* * The Life of the Author, with the Notes on the first volume,
are unavoidably postponed.



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

A FAIR AND CALM CONSIDERATION

OF THE MODERN CONTROVERSY

CONCERNING

JUSTIFICATION,

AS IT IS EXPLAINED IN THE FIVE BOOKS OF

CARDINAL BELLARMINE.

Consideratio æqua et placida
hodiernæ de justificatione Controversiæ,
prout quinque Libris a
Cardinale BELLARMINO
explicata est.

Liber primus de justificatione, qui est de fide justificante, ejusdemque Controversiæ consideratio.

CAPUT PRIMUM.

In quo de communi fidei distinctione in quatuor species agitur.

1. **P**LERIQUE Protestantes quatuor numerant fidei species; fidei, inquam, quæ creditur, non quæ creditur; eæ sunt historica, miraculorum, temporaria, et justificans.

2. Fidem, quam illi appellant historicam, quia scilicet rem quamlibet, prout in historiâ sacrâ describitur, veram esse credit, idque non nisi propter auctoritatem Dei revelantis, Romanenses dogmaticam sive Catholicam, Patres sequuti, appellare malunt. Ubi de rebus convenit, frustra de vocabulis litigatur. Sequamur tamen potius Patres quàm quosdam recentiores in ipso etiam appellandi modo.

* [p. 2.]

^a c. 2. [Jacobi] v. 19.

3. * Quod Protestantes communiter affirmant, Dæmones eandem fidem historicam aut Catholicam cum Christianis habere, id faciunt propter illa S. Jacobi,^a “Etiam dæmones credunt, etc.,” Contendunt quidem Romanenses, multùm differre fidem hominum, etiam informem, et fidem dæmo-

A Fair and Calm Consideration
of the modern Controversy concerning
JUSTIFICATION,
AS IT IS EXPLAINED IN THE FIVE BOOKS OF
Cardinal BELLARMINE.

The First Book concerning Justification, which treats of
justifying Faith, and the consideration of the Con-
troversy regarding it.

CHAP. I.

Of the common distinction of Faith into four kinds.

§ 1. **M**OST Protestants reckon four kinds of faith (of
that faith, I mean, by which we believe, not
of that which is believed), viz.: historical,
wonder-working, temporary, and justifying faith.

2. That faith which they call historical, namely, because
it believes a thing to be true as it is described in the sacred
history, and that, too, only on account of the authority of
God who reveals it, Romanists, following the Fathers,
prefer calling dogmatic, or Catholic, faith. Where we agree
about things, it is fruitless to contend about words; yet,
even in the very terms we employ, let us rather follow the
Fathers than a party of moderns.

3. What Protestants commonly affirm, that the devils
have the same historical, or Catholic, faith as Christians, is
grounded on that passage of Saint James, “The devils also
believe, &c.” Romanists, indeed, contend that there is a
great difference between the faith of men, even though it
be unformed, and that of devils, viz. because the devils

num; quia scilicet dæmones credunt non fide divinitus infusâ, sed ex subtilitate naturæ, nec voluntariè, sed coactè: sed frustra hoc faciunt; agnoscunt enim Protestantes, inter fidem qualemcunque Christianorum et fidem dæmonum multum interesse ex parte subjecti et fidei utriusque naturæ et rationis, ex parte objecti tantum convenire affirmant.

^a de Justif.
 l. 1. c. 5
 [§ Denique quod] et 15
 [Jam vero].
^b [h. 29 in
 1 ad Cor. §
 3, t. 10, p.
 263, E.]
^c [in loc.]
^d [in loc., t.
 1. p. 538]
^e [t. 3. p.
 244.]
^f [Inter opp.
 Hieron., t. 3.
 p. 1000 i]
^g 1 Cor.
 c. 13, v. 2
^h De Fide
 disp. 8, § 1.
ⁱ In 17
 Matt. Quæst.
 165 [t. 10,
 p. 457]
^k lib. 9. [de
 justifica-
 tione juxta
 germanam
 sententiam]
 Concilii
 Tridentini
 c. 28.
^l [Assertio-
 nis Luthera-
 nis confuta-
 tio] Art. 1
 [col. 316].
^m In 1^{am}
 2^{am} tom. 2.
 disp. 210.
 cap. 4.
ⁿ [t. 14] in 1
 Cor. disp. 20
 [§ Tertio fi-
 des non est]
 et 21
 [§ Confert
 etiam Cha-
 ritatem.]
^o In 1 d
 Cor. c. 12.
 v. 9 et c. 13.

4. Fidem miraculorum à fide Catholicâ differre, contra Bellarminum,^a aliosque cum illo sentientes, probant Protestantes ex 1. Cor., c. 12, v. 9. ubi inter dona Spiritus quæ non omnibus fidelibus donantur, numerat Apostolus fidem: fides enim de quâ ibi Apostolus, tantum est gratia gratis data, hoc est, ad aliorum utilitatem propriè concessa, quemadmodum et alia charismata ibidem ab Apostolo enumerata; fides autem Catholica pertinet ad gratiam gratum facientem, et propter propriam salutem unicuique donatur. Consentiant veteres, Græci præsertim, Chrysostomus^b et abbreviatores, Theophylactus^c et Oecumenius,^d Theodoretus,^e et Hieronymus, sive quis etiam alius in locum.^f Illud etiam,^g “Si habuero omnem fidem, etc.” de fide signorum intelligunt Græci Patres, non de Catholicâ fide. Suffragantur etiam multi Theologi Romanenses, (agnoscente Suarezio ipso,^h) Abulensis,ⁱ Vega,^k et Roffensis,^l qui sentiunt, fidem miraculorum esse fiduciam, et consequenter differre à fide Catholicâ, quæ est credulitas seu assensus. Vasquez^m idem contra Bellarminum aliosque defendit, et ad argumenta contraria respondet; Salmero;ⁿ Estius.^o Sed disputatio hæc non est adeò magni momenti; nam et sententia opposita, quòd fides signorum nihil aliud sit nisi ipsa fides Catholica, sed excellens et eximia, suâ non destituitur probabilitate. Præterea hoc tempore, quando, licet non omnia omnino miracula fieri desiderunt, gratia tamen miraculorum, (ut Patres sæpè affirmant,) desiit, ferè inutilis est; fides enim miraculorum nunquam donata fuit omnibus fide-

believe, not by a faith divinely infused, but from the subtilty of their nature, and not voluntarily but from compulsion: but this they do in vain, for Protestants allow that between the faith of Christians, of whatever kind it be, and that of devils, there is great difference as regards the subject, as well as the nature and reason of the faith of each, and affirm only that they agree as regards the object of faith.

4. That miracle-working faith differs from Catholic faith, Protestants prove against Bellarmine^a and others agreeing with him, from 1 Cor. xii. 9, where, among the gifts of the Spirit, which are not given to all the faithful, the Apostle reckons faith; for the faith of which the Apostle is there speaking, is only a grace given gratis, *i. e.* granted for the use of others peculiarly, in the same manner as are the other miraculous gifts which the Apostle there enumerates; but Catholic faith pertains to the grace that renders acceptable, and is given to each one for his own salvation. The ancients support this opinion, the Greeks especially, S. Chrysostom^b and his abbreviators, Theophylact,^c Œcumenius,^d Theodorite,^e and S. Jerome, or whoever else has written on the place.^f That other passage also,^g “If I had all faith, so that I could remove mountains,” the Greek Fathers understand, not of Catholic, but of wonder-working faith. It is also, as Suarez himself^h acknowledges, supported by many Romanist theologians, as Abulensis,ⁱ Vega,^k and Fisher, Bishop of Rochester,^l who hold that miracle-working faith is assurance, and consequently differs from Catholic faith, which is belief or assent. Vasquez,^m defends it against Bellarmine and others, and answers the contrary arguments; also Salmero,ⁿ and Estius.^o But this controversy is not of so great moment, for the opposite opinion also, *viz.* that wonder-working faith is no other than Catholic faith itself, but of an excellent and illustrious degree, is not destitute of probability. Besides, it is almost useless at this time, when though miracles have not altogether ceased to be performed, yet the grace of miracles, as the Fathers often affirm, has ceased; for miracle-working faith was never

libus, sed quibusdam tantum, initio quidem multis, postea verò paucioribus, nunc autem paucissimis aut ferè nullis.

* [p. 3.]

^a c. 8 [Lucas] v. 13.

^b [Ed. 2^a faciat.]

5. * Fides πρόσκαιρος vel temporaria, sive potius τῶν προσκαίρων et temporariorum, “ qui,” ut S. Lucas^a [ait,] “ ad tempus credunt, et tempore tentationis recedunt,” vera fides est et non simulata, ejusdemque speciei cum fide justificante, quicquid quidam contrà sentiant. Neque enim essentialem fidei distinctionem constituit inconstantia vel constantia credendi, cum ad essentiam rei non facit^b duratio. Distinctionem hanc non nisi ii probant Protestantes qui fidem veram et justificantem amitti non posse contendunt, quod dogma plurimi alii Protestantes docti et moderati rejiciunt; quâ de re fusiùs infra.

6. Restat ut de fide justificante dicamus.

CAPUT SECUNDUM.

In quo natura fidei justificantis indagatur et explicatur.

1. FIDES justificans propriè non est notitia, sed hæc illius est antecedens; fides enim proprie assensus est, etc.; assentiri autem Dei verbo mysteriisque eodem contentis sine notitiâ et intelligentiâ, saltem aliquali et secundum τὸ ὄτι, non possumus, ut dictat sensus communis. Exactam et exploratam intelligentiam mysteriorum, etiam quoad τὸ διότι, à Protestantibus ad fidem justificantem exigì, mera est calumnia. De fide implicitâ, de quâ hodie inter partes controvertitur, quomodo intelligenda et quatenus admittenda sit, non est nostri instituti nunc disserere; consulantur qui hodie controversias fidei copiosiùs (utinam et solidiùs) tractant.

Fidem explicitam primorum et fundamentalium articulorum qui Symbolo Apostolico continentur omnibus Christianis, quantum cujusque capacitas

given to all the faithful, but only to some ; at first, indeed, to many, but afterwards to fewer, and now to very few or almost none.

5. Temporary faith, or rather faith of unenduring persons, “ who,” as is said,^a “ for a while believe, and in time of temptation fall away,” is true faith and not feigned, and is of the same species as justifying faith, whatever some affirm to the contrary ; for constancy or inconstancy of believing does not constitute an essential distinction of faith, since duration does not pertain to the essence of a thing. This distinction is approved of by those Protestants only who contend that true and justifying faith cannot be lost, an opinion which very many other learned and moderate Protestants reject ; of which point more at length hereafter.

6. It remains to speak of justifying faith.

CHAP. II.

Of the nature of Justifying Faith.

1. **J**USTIFYING faith properly is not knowledge, but this is its antecedent ; for faith is properly assent : but common sense teaches that we cannot assent to the word of God, and to the mysteries therein contained, without knowledge and understanding of them, at least of some sort, and according to the *what it is*. But it is a mere calumny to say that an exact understanding (founded on examination) of the mysteries, even as to the *why it is*, is required by Protestants for justifying faith. To treat of implicit faith, how it is to be understood, and how far to be admitted, which is one of the things now controverted, does not enter into our present design. Those writers may be consulted who now-a-days treat controversies of faith copiously, I wish I could add solidly.

Romanists teach, and indeed rightly, that an explicit faith in the primary and fundamental articles which are contained in the Apostles' Creed is necessary to all

fert, necessariam esse docent Romanenses, et quidem rectè; in reliquis articulis sufficere aiunt fidem implicitam communi fidelium plebi, et si credant quicquid Sancta Mater Ecclesia Romana credit, et credendum tenet: sed hujusmodi fides, si modo fidei nomen cæcus assensus et stupor meretur, hoc tristi et infelici sæculo non est facilè admittenda. Nam quot, proh dolor, errores, si non contra fidem, saltem præter fidem, sub nomine tamen fidei, communiter hodie in Ecclesiâ Romanâ docentur et tanquam fidei articuli omnibus obtruduntur. Verba * illa Bellarmini, "Fidem melius per ignorantiam quàm per notitiam definiri," licèt valde cruda sint et incommodè ab illo prolata, quia tamen limitatè et comparatè tantùm ab illo dicta videntur, non esse adeo odiosè exagitanda duco, quemadmodum hodie fit à compluribus Protestantibus.

2. Neque etiam fides justificans propriè est fiducia, sicut permulti Protestantes contendunt, ipsam formam et quasi animam fidei salvificæ in fiduciâ constituentes.

3. Non est fiducia specialis misericordiæ sive remissionis peccatorum ante acceptæ. Hæc enim fiducia, vel etiam, si vis, assensus, quo speciali quadam applicatione singulatim quisque credit aut certò statuit, sibi esse remissa peccata, non est fidei justificantis forma, sed quoddam tantùm consequens et effectum, et non fidei solius, sed et aliarum virtutum fidem comitantium; neque etiam necessarium aut inseparabile effectum, ut suo loco dicemus. Quis enim certò statuere potest, sibi peccata remissa esse, nisi ante crediderit Christum esse Salvatorem mundi, eique omnino parendum esse? Præterea diffiteri non possunt Protestantes, neque ulli Christiani, remissionem peccatorum esse fidei consequens et effectum, quandoquidem per fidem impetratur; ("Ut accipiant remissionem peccatorum per fidem quæ est in me.^b") ac proinde fides justificatio-

* [p. 1]
 a De Justif.,
 1 i. c. 7.
 [§ Judicium.]

Christians, so far as each one's capacity admits: in the other articles, they say that an implicit faith is sufficient for the mass of the faithful, and if they believe whatever their holy Mother, the Roman Church, believes, and holds necessary to be believed. But such a faith (if indeed a blind and stupid assent merit the name of faith) must not easily be admitted in this sad and unhappy age; for how many errors, alas! if not contrary to the faith, at least in addition to it, yet under the name of the faith, are commonly now taught in the Roman Church, and thrust upon all as articles of faith. Those words of Bellarmine,^a "Faith is better defined by ignorance than by knowledge," though they are very crude, and incorrectly expressed by him, ought not, I think, to be so bitterly attacked as many Protestants at present do; since they seem to be said by him with limitations, and merely comparatively.

2. Nor is justifying faith properly assurance, as very many Protestants contend; placing the very form and as it were the soul of saving faith in assurance.

3. It is not the assurance of having previously received special mercy, or forgiveness of sins; for this assurance, or even (if you choose) assent, by which, by a special application, each one individually believes, or certainly determines that his sins have been forgiven, is not the form of justifying faith, but only a consequence and effect of it; and that not of faith alone, but of the other virtues also which accompany faith. Nor is it even a necessary or inseparable effect of it, as we shall show in the proper place. For who can certainly determine that his sins have been forgiven, unless he have first believed that Christ is the Saviour of the world, and must in everything be obeyed. Moreover, neither Protestants nor any Christians can deny that forgiveness of sins is the consequence and effect of faith, since it is obtained by faith; ("That they may receive forgiveness of sins, by faith that is in Me."^b) and therefore faith precedes justification, if not in time, yet at

nem, ordine saltem naturæ et causalitatis, etsi non tempore, antecedit. Perperam igitur fides justificans definitur, Fiducia peccatorum in præterito remissorum. Videatur Apostolus^a ubi disertè fiduciam fide posteriorem statuit; (“In quo habemus etc. aditum cum fiduciâ per fidem ipsius.”)

^a c. 3. ad Eph. v. 12.

4. Nec est fiducia quâ credimus quisque, nobis remitti peccata in præsentī, prout alii volunt prioris sententiæ absurditate perspectâ^b; nam fides justificans est instrumentum vel medium, per quod remissionem peccatorum consequimur; quocirca causa ejusdem, et ordine naturæ saltem prior. Deinde, sive dicamus fide justificante credi, peccata esse remissa, sive in præsentī remitti, remissio semper fidei objectum statuitur, ac proinde naturâ fidem præcedit; neque enim objectum efficitur per actum illum ipsum, cujus est objectum; quia actus intellectûs vel voluntatis, saltem creatæ, non facit objectum suum, sed illud semper præsupponit; sicut visio non facit objectum visibile, sed supponit illud. Doleo igitur, Daniele Chamierum (ut alios non nominem)

^b vide Censuram Confess[ionis] Remonstrantium, p. 159, aliosque permultos.

* [p. 5.]

virum alioquin nec indoctum nec indisertum^{*} ad eò inconsideratè has ipsas ob rationes affirmare,^c “fidem justificantem si non tempore, saltem ratione, sequi justificationem,” et,^d “fidem non esse causam justificationis.” Itaque dicit, “fidem justificare, non quia efficiat justificationem, sed quia efficitur in justificato et requiritur à justificato.”^e Hæc absurdissima sunt, neque Protestans quisquam sanus et sobrius negaverit, fidem esse causam justificationis efficientem, non principalem quidem, neque meritoriam, sed instrumentalem, qualem particulæ EX et PER (ut recte ex Apostolo^f urgent Romanenses) significant, ac proinde justificatione semper ordine naturæ priorem esse.^g Tertio, qui contendunt, fidem justificantem esse fiduciam remissionis peccatorum ut factæ, sive in

^c Panstr. the sue Catholica, tom. 3. l. 13. de fide, c. 6. n. 3.

^d n. 4.

^e et rursus in lib. 22. cap. 12. [n. 5 sqq.] &c.

^f Rom. v. 1. et iii. 30.

^g Vide G. Downam de fœdere gratiæ [on the Covenant of Grace.] cap. 6. p. 95, 96.

least in the order of nature and of causation. Justifying faith therefore is wrongly defined to be, "an assurance that our sins have formerly been forgiven." See the Apostle,^a where he expressly determines assurance to be posterior to faith: "In whom we have access, with assurance, through the faith of Him."

4. Nor is it the assurance by which we believe individually that our sins are forgiven at the present moment, as others maintain, having seen the absurdity of the former opinion; ^b for justifying faith is the instrument or medium by which we obtain forgiveness of sins, and therefore it is the cause of it, and must be prior to it in the order of nature at least. Secondly, whether we say that by justifying faith we believe that our sins have been already forgiven, or that they are forgiven at the present moment, yet forgiveness is, in either case, considered as the object of faith, and therefore in nature it would precede faith; for the object is not created by that act of which it is the object; because the act of the intellect or will (at least of that which is created) does not make its object, but always presupposes it, as vision does not make the visible object, but supposes it. I therefore regret that Daniel Chamier (to name no others), a man in other respects not void of learning or eloquence, should have on these grounds so inconsiderately affirmed,^c that "justifying faith, if not in time, yet in reason at least follows justification;" and,^b that "faith is not the cause of justification." Therefore he says, that "faith justifies, not because it effects justification, but because it is effected in and required from a justified person."^e These are most absurd statements, nor will any sane and sober Protestant deny, that faith is an efficient cause of justification; not indeed the principal nor the meritorious, but the instrumental cause, as the words "by" and "through" signify, (as Romanists rightly urge from St. Paul;^f) and that therefore it is always prior to justification in the order of nature. Thirdly, those who contend that justifying faith is the assurance of the forgiveness of sins, as accomplished whether at some previous time or now at this present, do

præterito, sive in præsentī, non solantur afflictas mentes, quemadmodum existimant; sed plurimis consolationem omnem eripiunt planè, et in desperationis gurgitem tantùm non demergunt. Quot enim piæ animæ promissionibus Evangelicis firmiter et ex animo credunt et assentiuntur, atque etiam in Christum unum et unicè recumbunt, etc. quibus tamen peccata sua remissa esse certò non sit, nedum fide divinâ persuasum, quanquam id unum omnium maxime vellent: destituunturne hi fide salutari ac proinde salutis incapaces sunt? absit [ut hoc] dicamus.^a

^a Vide Mayerum An- gelum, cap. 2. 8. Jac. v. 19, p. 30, 31, aliosque.

^b c. 3. ad Eph. v. 12.

^c De fide disp. 1, sect. 1, n. 5, et de gratia, lib. 8, c. 15, n. 2.

^d [p. 6.]

^e Annot. ad Eph. c. 3, v. 12.

^f In c. xi, ad Rom. Tract. de justificatione, p. 520, [p. 1188.]

5. Neque etiam tertio et ultimo, fides justificans proprie est fiducia veniæ peccatorum et æternæ salutis per et propter Christum obtinendæ, prout alii paulò moderatiores volunt; nam et hæc fiducia ex fide nascitur,^b atque in voluntate est eùm fides in intellectu sit sita. Verum quidem est, ista duo in justificatione peccatoris nexu individuo semper esse conjuncta, unde et sæpe in Scripturâ fidei nomen pro fiducia usurpatur; quod etiam multi Romanenses confitentur, teste Suarezio,^c et res per se clara est; non tamen propterea ista duo confundenda sunt. Confusio rerum distinctarum multas, proli dolor, lites minimè necessarias eùm in hoc argumento, tum etiam in aliis, peperit atque indes parit fovetque in Ecclesiâ.

6. Distinctionem fidei et fiduciæ præter multa Scripturæ loca atque etiam Patrum testimonia, quæ vulgò citantur ab iis qui de rebus hisce fusius disputant, et ad quæ à contrâ sentientibus * nihil præter mera Cresphugeta reponitur, et præter rationes hactenus allatas; distinctionem, inquam, hanc suis etiam suffragiis comprobant plurimi doctissimi Protestantes, licet non omnes eadem mente et ratione; Beza;^d P. Martyr^e R. Smythæo Anglo-Romanensi distinctionem hanc urgenti ex loco ad Ephesios sæpius citato, ultrò concedit, fidem et fiduciam differre;

not, as they suppose, comfort those who are troubled in mind, but rather from most persons they altogether take away every consolation, and all but plunge them into the abyss of despair. For how many pious souls firmly and from the heart believe and assent to the gospel promises, and even recline solely on Christ alone, who nevertheless are not certain, much less persuaded by a divine faith, that their sins have been forgiven, although they desire this above all things. God forbid that we should say that these persons are destitute of saving faith, and therefore incapable of salvation.^a

5. Nor again, thirdly and lastly, is justifying faith properly the assurance of obtaining forgiveness of sins and eternal salvation, through and on account of Christ, as others, who are rather more moderate, maintain; for not only does this assurance spring from faith,^b but also it is seated in the will, while faith is seated in the intellect. It is true, indeed, that in the justification of the sinner these two are always joined with an indivisible union; whence also the word "faith" is often used in Scripture in the sense of assurance, which is acknowledged even by many Romanists, as Suarez testifies;^c and the thing is evident of itself; but yet these two are not on this account to be confounded. The confusion of distinct things has, alas! produced, yea daily produces and nourishes in the Church many most unnecessary disputes, in this argument as well as in others.

6. The distinction between faith and assurance is not only established by many passages from Scripture and testimonies of the Fathers, (which are commonly cited by those who discuss these matters more at length and to which nothing but mere quibbles are replied by those who think differently), and by the reasons above adduced, but also is supported by the suffrages of many very learned Protestants, though not all with the same design and reason; Beza;^d Peter Martyr^e to R. Smith, an English Romanist, who had urged this distinction from the text in the Ephesians which has been so often cited, at once grants that faith and assurance differ, and then, putting a

^a In locum ad Eph. iii. 12 [t. 6, p. 105, § Primo quidem manifesto]. et in. Miscellanea. p. 488 [Oper. t. 7, p. 354, § Non sum autem secutus definiti-
onem.]
^b Art. de Justif.
^c Resp. ad duplic. Vors-
fii, parte 2, p. 294, et in Exegesi aphorismorum [loc. xi. de fide. aphoris. 4] p. 206 [p. 259, 260.]
^d De Mys-
terio Re-
demptionis, lib. 3 [Oper. Theolog.] pag. 237.
^e In sua Defensio fidei Ortho-
doxæ contra Ostorodum Socinianum, cap. 30 [p. 381].
^f Eph. c. 3. v. 12.
^g [p. 387.]
^h In Epist. ad Exteros, p. 85, 86; in Scripta Synodal. Historica, p. 103 [Consi-
derat. in Catech. Heidelb. ad Quæst. et Resp. 21]; in Confessione sua, cap. II, sec. 2; et Apologia pro Confessione [cap. 10] p. 105. etc.
ⁱ De Repub.

deinde benignè illorum Theologorum Protestan-
tium qui ista confuderunt verba explicans, inquit,
“Quid aliud ferme sibi vult Philippus aliique
nostri fideles doctores, cùm fidem quâ justifica-
mur, appellant fiduciam, nisi eam non esse mor-
tuam, non ignavam, non humanam persuasio-
nem: Sed tam vehementem assensum ut ipsam
fiduciam habeat quàm intimam et conjunctissi-
mam? etc.” Zanchius,^a ubi affirmat eandem fuisse
Buceri sententiam multis ab illo demonstratam in
libro de Reconciliatione Ecclesiæ; ^b Piscator; ^c J.
Rivius; ^d Jacobus ad Portum, Theologus Lausan-
nensis; ^e “Ex quibus verbis ^f luculenter,” inquit,
“apparet, verum esse id quod præstantissimi
Theologi, Calvinus et Beza, observârunt: nem-
pe, fiduciam à fide, tanquam effectum à causâ,
differre, ac proinde à nonnullis perperam con-
fundi, quamvis illa duo indissolubili nexu, quo-
ties de fide justificante agitur, cohæreant, etc.”
Ibidem et fusè docet hæc duo differre non tantùm
ut causam et effectum, sed etiam subjecto,
actu, et objecto, et tandem sic concludit; ^g “Qui
aliter sentiunt, atque hæc confundunt summis
difficultatibus se involvunt, ex quibus se expe-
dire nequeunt, etc.” Theologi Remonstrantes; ^h
Archiepiscopus Spalatensis; ⁱ Jacksonius Ang-
lus; ^k Chibaldus item Anglus in suo, cui titulus
est Fidei Examen, libello,^l prolixè refellit sen-
tentiam, ut appellat, Lutheranorum (quanquam
etiam multi alii in eodem luto cum illis hæreant)
qui fidem justificantem per fiduciam remissionis
peccatorum acceptæ definiunt. Errat tamen et
ipse cum multis aliis,^m * quando ⁿ fidem justifican-
tem definit per fiduciam, quâ in Christum recum-
binus pro gratiâ et salute per eum obtinendâ.
Vide Georg. Dounamum ^o fusè hac de re contra
Pemblium disserentem, plures non est necesse in
re tam apertâ nominare.

Eccles. 1. 7, cap. 11, n. 205. ^k On Justifying Faith, p. 108. ^l [Tryall of Faythe, book 2], cap. 3, [p. 138-172.] ^m Vide Pemblium in suis Vindiciis Gratiæ, p. 257, et sequentes circa libri finem. [p. 139], aliosque. ^{*} [p. 7.] ⁿ [D. 2. c. 1, p. 96. sq.] ^o De fœdere gratiæ [On the Covenant of Grace.] cap. 8, pp. 77, 78, et in Appendice 7, p. 211, &c.

favourable construction on the words of those Protestant Theologians who have confounded them, says; "Philip Melancthon, and others of our faithful doctors, when they call the faith by which we are justified assurance, mean little else, than that it is not a dead, not a slothful faith, not a human persuasion, but so vehement an assent as to have assurance as intimate as possible, and most closely conjoined." Zanchius,^a where he affirms that Bucer has shown this to have been his opinion, in many places of his book *de reconciliatione Ecclesiæ*; ^b Piscator; ^c J. Rivius; ^d Jacobus ad Portum, a theologian of Lausanne; ^e "From which words,^f" he says, "it clearly appears that that is true which the most eminent theologians [especially] Calvin and Beza have remarked, viz. that assurance differs from faith as effect from cause, and that therefore they are wrongly confounded by some; although, whenever justifying faith is in question, they cohere with an indissoluble union." And in the same place also he largely proves that these two differ, not only as being cause and effect, but also in subject, act, and object. And, finally, he thus concludes,^g "They who think differently, and confound these, involve themselves in very great difficulties, from which I cannot see how they can extricate themselves." The Remonstrant Theologians; ^h the Archbishop of Spalatro; ⁱ Jackson an Englishman; ^k William Chibald, also an Englishman,^l prolixely refutes the opinion of the Lutherans, as he calls it, (though many others stick in the same mire), who define justifying faith by an assurance of having received forgiveness of sins. Yet he himself also errs, with many others, ^m when ⁿ he defines justifying faith by that assurance wherewith we repose on Christ for grace and salvation to be obtained through Him. See George Downam,^o (we need name no more in so clear a matter), who diffusely treats of this matter against Pemble.

7. Fides justificans, distinctè et Theologicè loquendo, nihil aliud est quàm assensus animi firmus ac certus à S[piritu] S[ancto] per verbum eductus, quo omnia à Deo in Scripturis revelata, ac præsertim de mysterio redemptionis et salutis nostræ per Christum factæ, verissima esse statuimus propter auctoritatem Dei revelantis.

8. Proinde in se et essentiâ suâ spectata, nihil est aliud quàm fides Catholica, quæ et ipsa proculdubio hominem justificat, si cetera omnia ad justificationem necessaria ei adsint.

9. Ejusque subjectum est intellectus, non autem voluntas, quanquam rò Credere à voluntate imperetur; “est” enim “fides voluntarius animæ assensus.”^a “Cætera potest homo nolens, sed credere non nisi volens.”^b et cùm cordi actus credendi tribuitur in Scripturâ, mens intelligitur; cùm credere propriè loquendo nihil aliud sit quàm ei quod dicitur assentiri, illudque pro vero habere: hactenus enim pluribus est demonstratum, fiduciam nullam fidei partem esse, ut neque propriè spei † est; fiducia enim non est tantùm futuri fiducia, sed etiam præsentis, veluti cùm quis fidit suo robori dum sarcinam portat, vel celeritati dum currit; magis tamen ad spei naturam accedit quàm ad fidei, unde dicitur esse spes roborata. Multis Scripturæ et Patrum testimoniis hæc sententia confirmari posset, sed quia brevitati studemus, lectorem ad eos qui hisce de rebus copiosius scribunt remittentes, audiamus quid plurimi etiam Protestantes hæc de re sentiant. And. Rivetus, scriptor nuperus,^c fatetur, hanc esse quorundam Protestantium sententiam, quam nec damnare audet; legat verba apud Authorem cui otium est; idem tamen aliorum errorem sequutus^d contendit, “fidem justificantem non esse habitum unum numero simplicem absolutè; sed unum aggregatione et quodam modo compositum ex duo-

^a Theodorit. Therapeut. i. [tom. iv. p. 717.]

^b S. Augustinus tr. 26. in Joan. [§ 2, p. 494. F.]

† *Ed* 1^{ma}
et 2^a spes.]

^c In sua [Catholicus sive] summa controversiarum, tr. 4. q. 10. [§ 6], pag. 419 t. 3, p. 450.]
^d *ibid.* [§ 7] pag. 421, [t. 3, p. 451], et in synopsi illa vulgo jactata et trita purioris Theologie disp. 31, sect. 14—17, &c.

7. Justifying faith (to speak accurately and theologically) is nothing else than a firm and sure assent of the mind, produced by the Holy Ghost from the word, by which we acknowledge all things revealed by God in the Scriptures, and especially those concerning the mystery of our redemption and salvation, wrought by Christ, to be most true, by reason of the authority of God who has revealed them.

8. Therefore, considered in itself and in its essence, it is nothing else than Catholic faith, which itself doubtless justifies a man, if all the other things which are necessary to justification accompany it.

9. And its subject is the intellect, and not the will, although belief is ruled by the will; for "faith is a willing assent of the soul; ^a" "Other things a man can do, though unwilling; but he can believe only when he is willing; ^b" and when the act of belief is in Scripture attributed to the heart, we must thereby understand the mind; since to believe, properly speaking, is nothing else than to assent to what is said, and to account it true; for thus far we have shown, by many proofs, that assurance is no part of faith, nor indeed does it properly belong to hope † either; for assurance is an assurance not only of what is future, but also of what is present, as when any one confides in his strength when carrying a burden; or in his swiftness when he runs; yet it approaches nearer to the nature of hope than to that of faith, whence it is said to be "hope strengthened." This opinion might be confirmed by many testimonies from the Scriptures and Fathers, but, because we study brevity, referring the reader to those who write more copiously on these matters, let us hear what many even Protestants think on this subject. Andrew Rivetus, a recent writer, ^c allows that this is the opinion of some Protestants, and that he dares not condemn it; whoever has time, let him read the writer's own words; yet he himself, following the error of others, ^d contends that "justifying faith is not a habit, one in number, and absolutely simple; but one by aggregation, and after a certain manner composed

^a [§ 16.]
^{*} [p. 8.]
^b in Apol. pro justif. [ex sola fide] contra anonymum. pag. 9, 33, 114, 167, ed. 1592.
^c Loco supra citato: [Orthodoxæ fidei defensio adv. Ch. Ostorodii Samosate-niani Institut., c. 30.]
^d In Resp. ad [G.] Vorstii duplicati-onem, parte 2, p. [293] 294.
^e c. 4 ad Rom., v. 20; c. 10, v. 10; et Act. 15, 9.
^f Historiæ [de Contro-versiis quas] Pelag[ius] ejusque reliquæ move-runt, lib. 4, p. 1. ant. 1], p. 407 et seq. [p. 418, sq.]
^g lib. 1 de Politia Ec-clesias. [Eccles. Polity, b. 1,] sect. 11.
^h [Prælect. in selectiora quædam Nov. Test. loca] Ope-rum, tom. 1, p. 78: et tom. 2, p. 359.
ⁱ Theologia Polemica, parte 7, pag. 641, [part. 6. § 2 n. 20, pag. 700.]
^k n. 20.
^l [Ed. 2^a sint.]
^m [De Just., lib. 1., c. 8—11.]
ⁿ [forte fide-lis.]
^o Act. c. 13. v. 38. 39.
^p c. 3. ad Rom. v. 21, 22

bus,^a nimirum et assensum in intellectu, atque simul fiduciam in voluntate continere. * Beza sæpe idem affirmat; ^b Jacobus ad Portum; ^c Piscator,^d ubi loca illa ^e quæ ad sententiam contrariam confirmandam adduci solent, “non de fiduciâ sed de mentis certâ persuasione intelligenda esse,” contendit; argumento etiam communi, sed solido, usus; “Nullus habitus in subjectis, genere diversis, ut sunt intellectus et voluntas, simul esse potest, etc.” Gerardus Vossius; ^f R. Hookerus; ^g J. Camero,^h ubi hæc eadem diserte astruit; plures non cito, neque enim necesse est in re tam clarâ. Quocirca Alstedius ⁱ inter quæstiones quæ inter Protestantes Theologos ventilantur hanc ponit,^k “An fides sit in intellectu” tantum, “vel” etiam “in voluntate?” Fidem quidem fiduciam, charitatem, et alia dirigere et gubernare, verum est; non tamen est idcirco in earum virtutum potentiis; quemadmodum prudentia in omnibus virtutibus vim exercet suam et operatur, non tamen in omnium illarum potentiis inhæret.

10. Generale et adæquatum objectum fidei justificantis est omnis veritas à Deo in Scripturâ revelata, fatentibus omnibus Protestantibus, ut frustra sit † Bellarminus^m aliique operosè hoc contra illos probantes quod ipsi non negant. Dico in Scripturâ, quia regula adæquata et infallibilis cui fides salvifica innititur, in solis Scripturis actu aut virtute continetur. Aliud quidem sentiunt hodie multi Romanenses contra Scripturam et Patres, aliosque etiam Theologos in ipsâ Romanâ ecclesiâ celeberrimos: sed disputatio illa non est hujus loci.

11. Principale tamen objectum illius, quodque præ aliis fideles ‡ respicit in ipso justificandi actu, est Christus ut mediator et redemptio per illum facta, ut patet ex clarissimis Scripturæ locis,^o “Per Christum, etc.” “^p Justitia Dei per fidem Christi etc.” aliisque innumeris. Neque hoc ne-

of two,^a viz., that it includes assent in the intellect, and at the same time assurance in the will. Beza often affirms the same.^b Jacobus ad Portum;^c Piscator,^d where he contends that those texts^e which are wont to be adduced to establish the contrary opinion “are not to be understood of assurance, but of a certain persuasion of mind;” using also that common but solid argument, that “no habit can be at once in subjects differing in kind, as do the intellect and the will, &c.” Gerard [J.] Vossius;^f R. Hooker;^g J. Cameron,^h where he expressly supports these same doctrines. I cite no more; for indeed it is unnecessary in a matter so evident. Wherefore Alstedius,ⁱ among the questions debated among Protestant divines, puts this one:^k “Whether faith be situated in the intellect” only, “or in the will” also? That faith directs and governs confidence, love, and the other feelings, is indeed true; but it is not, on that account, in the powers of these virtues; in the same way that prudence exerts its influence and works in all virtues, but yet is not inherent in the powers of any of them.

10. All Protestants confess that the general and adequate object of justifying faith is all truth revealed by God in Scripture; so that it is in vain that Bellarmine^l and others laboriously prove against them what they do not deny. I say in Scripture, because the adequate and infallible rule on which saving faith rests, is contained, actually or virtually, in the Scriptures alone. Many Romanists now-a-days think otherwise, contrary to Scripture and the Fathers, and even to other divines much esteemed in the Roman Church itself: but this discussion does not belong to this place.

11. Its principal object, however, and what above all others, in the very act of justification, concerns the faithful, is Christ as Mediator, and the redemption wrought by Him, as is evident from most clear texts of Scripture. “That through Christ, &c.” “Even the justice of God, by faith of Christ, &c.”^p and others innumerable. Nor do

^a 1^{ma} sum-
mae q. 45,
art. 6.
[concl. § ad
Tertium di-
cendum.]
^b De Justif.
lib. 8, c. 12
[§ Haec ibi.]

^{*} [p. 9.]

^c De gratia,
lib. 8, c. 16,
n. 10.

^d c. 4, ad
Rom. [5.]

^e [De Justi-
ficatione,]
cap. 6.

^f [In] c. 1.
ad Rom. v.
17, n. 6. [?n.
7 Denique
cum.]

^g [M. Bal-
thasar Meis-
nerus, Excu-
biarum Pa-
pisticarum
Depulsio]
p. 106.
^h cap. 6.

gant Romanenses ; quia “justificatio impij,” ut inquit Thomas,^a pertinet “ad bonitatem et misericordiam Dei se superabundanter diffundentem ;” hanc autem non est invenire extra Christum et salutem in illo oblatam. Stapletonus ;^b “Fides justificans seu disponens ad justitiam, principaliter quidem respicit Christum ut mediatorem et redemptionem per illum factum, non tamen * unicum [et proprium] est illud fidei justificantis objectum, etc.” Suarez ;^c “Fides Dei, ut justificatoris per Christum, est quasi propria fides justificans, etc.” quod confirmat ex Paulo,^d “Credenti in eum qui justificat impium, fides ejus reputatur ad justitiam,” et ex Concilii Tridentini decreto de justificatione,^e dum post generalem fidem eorum quæ revelata sunt additur, “Atque illud imprimis, à Deo justificari impium per gratiam ejus, etc.” Cornelius à Lapide ;^f “Fides quæ inchoat justitiam” (quidni etiam quæ continuat provehitque ?) “propriè et proximè est fides in Christum redemptorem.” Jac. Reihingius, cum adhuc Jesuita esset, et quidem non obscuri nominis in Germaniâ (postea enim se Lutheranis adjunxit) contra Meisnerum, ut legere est in Meisnerianâ excubiæ papisticarum depulsione ;^g “Meisnerus fidem relatè sumptam, ut est apprehensio meritorum Christi, à pontificiis non agnosci scribit : Audax calumnia, audiamus Tridentinum Synodum, etc.” deinde recitatis verbis decreti^h ita inquit ; “Si cumprimis credimus impium justificari per redemptionem in Christo, si fidimus Deum nobis propter Christum propitium fore, quomodo fidem in Christi merita relatam, et fiduciam remissionis per Christum obtinendæ abjicimus, et, ut Meisnerus blaterat, exhibilamus ? etc.” Nemo Romanensium, nisi malè sanus, hoc negaverit, ut malè Protestantes quidam hujus contrarium illis impingant.

the Romanists deny this ; because “ the justification of the sinner,” as says St. Thomas Aquinas,^a “ pertains to the goodness and mercy of God superabundantly diffusing itself ; ” but this cannot be found apart from Christ, and from the salvation offered in Him. Stapleton ;^b “ Faith justifying or disposing to justice principally indeed regards Christ as Mediator, and the redemption wrought by Him ; but this is not the sole [and the peculiar] object of justifying faith, &c.” Suarez ;^c “ The belief of God, as our justifier through Christ, is as it were the proper justifying faith ; ” which he confirms from St. Paul,^d “ To him that believeth on Him that justifieth the ungodly, his faith is counted for justice ; ” and from the decree of the Council of Trent on justification,^e where, after the general faith of those things which are revealed, there is added, “ And this especially, that the wicked is justified by God, through His grace, &c.” Cornelius à Lapide ;^f “ Faith which commences justice ” (why not also that which continues and carries it on) “ is properly and strictly faith in Christ the Redeemer.” Jacobus Reihingius, while he was yet a Jesuit, and indeed of no obscure fame in Germany, (for he afterwards joined himself to the Lutherans) arguing against Meisner (as may be read in Meisner’s *Excubiæ papisticarum depulsio*,^g) says ; “ Meisner writes that faith taken relatively, as it is the apprehension of the merits of Christ, is not acknowledged by Romanists. What an audacious calumny ! Let us hear the Council of Trent, &c.” then, having recited the words of the decree,^h he thus writes ; “ If we believe, in the first place, that the wicked is justified through the redemption in Christ ; if we trust that God will be propitious to us on account of Christ ; how do we reject and (as Meisner slanderously asserts) cast aside with scorn, faith referred to the merits of Christ, and assurance of forgiveness to be obtained through Him.” No Romanist in his senses would deny this ; so that those Protestants are wrong who ascribe the contrary to them.

CAPUT III.

An fides sola justificat ?

1. QUÆSTIO hæc plerisque utriusque litigantium partis tantæ molis esse videtur, ut de eâ immortali dissidio et bello irreconciliabili sibi contendendum esse putent; quàm verè nunc in timore Domini et seposito omni partium studio despiciamus.

2. Protestantes omnes qui solâ fide nos justificari contendunt, semper tamen fidem vivam intelligi volunt et per charitatem operantem, scilicet operibus et charitati conjunctam, proposito saltem bene operandi, cùm videlicet bona opera specialiter præstari non possunt: proinde in hac propositione, "Fides sola justificat," particulam "sola" non subjectum sed * prædicatum determinare volunt. Hanc esse communem Protestantium sententiam non diffitentur ipsi Romanenses quando sobriè agunt; Bellarminus; ^a Stapletonus, quanquam adversarius vehemens; ^b "Denique, omnes, ad unum, Protestantes docent, fidem quæ justificat esse vivam, et operantem per charitatem aliaque omnia bona opera;" cui sententiæ firmandæ citat Calvinus verba.^c Quâ igitur fide, aut charitate saltem, Bellarminus, cum aliis plurimis Romanensibus, impingit per distortas consequentias, omnibus hujus temporis sectariis, ut Protestantes mos illi solennis est appellare, impiissimam hæresim Simonis et Eunomii eorumque qui tempore Apostolorum exorti,^d solam fidem sine operibus ad salutem sufficere asseruerunt? ^e Negari non possunt † multa incommo-
dus duriusque à Lutheranis aliisque nonnullis rigidioribus Protestantibus in hoc argumento dicta, quibus tamen non tam impugnare illi individuum bonorum operum cum fide justificante nexum, quàm coram divinæ justitiæ throno ad

* [p. 10.]

^a De justif. lib. 1, cap. 14, sect. Respondent, &c., pluribusque aliis in locis.^b De justif., lib. 9, cap. 7, [§ Denique omnes.]^c Instit., lib. 3, cap. 16, sect. 1, non [enim aut fidem] somniamus, &c.^d August. lib. de fide et operibus, [t. 6.] cap. 14, [§ 21.]^e Bellarminus de [notis] Eccles[is] [t. 2] 1, 4, c. 9, sect. Simoniani &c.† [Ed. 2^a protest.]

CHAPTER III.

Whether faith alone justifies ?

1. **T**O most of the disputants, on both sides, this question appears of so great importance, that they think they must contend about it with a never-ending dissension, and an irreconcilable war; how truly, let us now examine, in the fear of the Lord, and laying aside all party feeling.

2. All Protestants who contend that we are justified by faith alone, always mean a living faith, and one which works by love; that is, joined to works and love, with at least the intention of doing good works, viz. when good works specially cannot be performed. Therefore, in this proposition, "faith alone justifies," they intend the word "alone" to determine not the subject but the predicate. Romanists themselves, when they are moderate, do not deny that this is the common opinion of Protestants. Bellarmine; ^a Stapleton, though a vehement adversary; ^b "Lastly, all Protestants to a man teach that the faith which justifies is living and working by love and all other good works;" to confirm which opinion he cites Calvin's words. ^c With what good faith then, or at least with what charity, does Bellarmine, along with many other Romanists, ascribe, by means of distorted inferences, to all the sectaries of this time (as it is his wont to call Protestants) that most impious heresy of Simon Magus and Eunomius, and those contemporaries of the apostles, ^d who asserted that faith alone, without works, suffices to salvation. ^e It cannot be denied that many things have been said very incorrectly and harshly on this subject, by the Lutherans and some others of the more rigid Protestants; by which, however, they are not to be thought, if we only interpret their words charitably, so much to deny the indivisible connexion of good works with justifying faith, as their concurrence, in the act of justifica-

actum justificationis concursum negare censendi sunt, modo charitas adsit; ab istiusmodi tamen periculosissimis hyperbolis durissimisque catachresibus, nimis patienter huc usque auditis, quaecunque demum ratione excusari possint, abstinendum est, nec in Ecclesiâ diutius ferendæ sunt; nisi hominum quorundam novorum auctoritatem divinæ veritati anteferre velimus.

† [Ed. 2^a
Quil.]
^a De fide et
operibus,
cap. 14. [§
21, t. 6, p.
177, c.]
‡ [B^e, rege-
runt.]

3. Quod † ad nauseam usque ex Augustino ^a repetunt, ‡ “Bona opera sequi justificatum, non autem præcedere justificandum:” Næ illi mentem Augustini nunquam sunt assequuti, loquitur enim eo loco Augustinus de operibus justitiæ, quæ “perceptâ et professâ fide,” ut ipse ait, fidelibus deinde diligenter toto vitæ cursu præstanda sunt, seu de operibus illis quæ per justitiam habitualem, *i. e.* in ipsâ justificatione infusam, inhærentem, et permanentem efficiuntur, (semper enim Augustinus, ut hoc obiter dicam, justificationis gratiam non in solâ peccatorum remissione, sed etiam in sanctificatione statuit; sed de hoc infrâ) atque sic speciali quadam ratione dicuntur bona opera, non autem de iis quæ per Spiritûs Sancti gratiam assistentem et præparantem fiunt, ante, et ad justificationem peccatoris; legatur locus, ut et liber de Spiritu et litera, ad quem Augustinus lectorem ^{*} ibidem remittit, ^b “Per Spiritum incorporatus factusque membrum ejus, potest quisque, illo incrementum intrinsecus dante, operari justitiam: etc.” ^c Opera illa justificationem præcedentia non facimus per Spiritum inhabitantem et specialem justificationis gratiam, sed per Spiritum extrinsecus præparantem et assistentem, (ut Augustinus clarissimè distinguit, ^d atque cum eo omnes Theologi doctiores) et per gratiam vocationis et conversionis.

^a [p. 11.]
^b De Spiritu
et Litera,
cap. 29, [§ 50
t. 10, p. 113,
D.]
^c Et in
Psalm. 110.
[§ 3.]

^d Ep. 105
ad Sixtum.
[nunc, 194 §
18.]

4. Graviter errant, qui nullam Dei gratiam præter unicam in justificatione infusam agnoscunt, vel saltem hanc omnibus aliis præire con-

tion, before the throne of divine justice. Nevertheless, on whatever grounds these most dangerous hyperboles and extremely harsh perversions of words (which hitherto have been too patiently listened to), may be explained away, we must abstain from them, nor are they any longer to be tolerated in the Church, unless we wish to prefer the authority of a handful of moderns to the divine truth.

love that we are justified; since, indeed, this is shown by many most clear authorities. Care, must, however, be taken to recall men's minds from confidence in and boasting of works, to shew the imperfection of works, to give the glory to God alone, to refer every hope of salvation to the merit of Christ and the goodness of God. For in this way we in nothing depart from the divine words, by which forgiveness of sin and eternal life is promised as to faith so frequently to works, &c." And discussing this matter more diffusely in his treatise on the Church,^a he thus writes: ^b "What matters it whether thou say that we are justified by faith alone, which looks at God's mercy, or by faith and works, which themselves are based upon the same mercy. The mercy of God it is, to which our justification is altogether ascribed: that it is which imputes to us that justice of which we were altogether destitute. Whether, therefore, thou embrace mercy by faith alone, or by faith which worketh, makes no difference, since in either way thou obtainest what thou hast need of." ^c And; "This" (viz. God's mercy) "is to be placed in the highest place, and it must be laid down that by it we are gratuitously justified, when our sins are not imputed to us; and, in order to obtain the assurance of the forgiveness of our sins, no respect is to be had to the worth of either our work or our faith . . . For neither does faith here play any other part than that of the organ whereby the mercy which justifies us is apprehended. If to this organ thou add works, as the fruit to its tree, each will act as an organ; for they who teach that faith alone justifies, do not gainsay works being a cause *sine qua non*, or a necessary condition of justification;" (Would that very many did not gainsay it, viz. all the more rigid!) "but a cause of any sort whatever, for this very reason that it is a cause, must necessarily precede the effect. We have therefore only to take care that we do not bring into conflict the justice which is done by the strength of our own powers with the justice which is gratuitously given us. This being provided for, I do not well understand why there should be contention about

[p. 29]

‘Sola fides;’ ‘Fides cum operibus;’ siquidem opera non ad conflictum cum * justitiâ gratuitâ opponantur, sed fidei adjungantur tanquam fructus arbori, ut utraque in Dei solam misericordiam recumbant, etc. Quod verò ad meam conscientiam attinet, libenter sanè et tranquillè acquiesco in misericordiâ Dei. Interea parum mea interesse puto, inquirere, solâne fide misericordiam apprehendam, an fide et operibus. Utrumque horum requiri à me non ignoro, utriusque magnam imperfectionem agnosco, verumtamen Deum meum peto, ut et imbecillitati fidei meæ succurrat, et legis justitiam in me impleat, remissis peccatis meis. Neque verò dubito permultos esse, qui et ipsi in vulneribus Christi placidissimè recumbant, qui tamen eo ingenio præditi non sint, ut judicent soline fidei, an fidei cum operibus justificationem attribuant.” Hæc omnia atque alia permulta in eandem sententiam legere est apud authorem observatu dignissima, ex serio sensu pietatis cum veritate conjunctæ et studio tollendæ dissentionis inter partes profecta.

* in prælect.
in Jonam,
anno 1579.

^b pag. 249.

^c [1 ad
Thess. c. 5.
v. 5.]

^d pag. 241.
et in Tr. de
Fide [ejus-
que ortu et
naturâ]
anno 1580,
pag. 28.

6. Petrus Baro, Gallus, Sanctæ Theologiæ in Academiâ Cantabrigiensi quondam professor, vir doctissimus et pacis amantissimus,^a ostendens quâ ratione dirimi, aut saltem minui, posse videatur controversia hodie cum Romanensibus agitata de operum justificatione, (“minuendis enim litibus,” (ea verba authoris aurea,^b) “dare operam semper debemus, si filii lucis simus,^c”) Primò, per opera quæ Paulus à justificatione excludit, intelligit opera legis non tantùm ceremonialia, sed et moralia fide destituta eique opposita:^d Secundò, quamvis perperam contendit, Dei dilectionem, quâ scilicet voluntas Deum sibi ab intellectu demonstratum amare incipit, et cum eo conjungi cupit, etc. esse de fidei justificantis naturâ (quia fides in intellectu tantùm sita est, ut suprâ fusè demonstratum) et non quandam

these formulas, "faith alone;" "faith with works;" if only works be not opposed conflictingly to gratuitous justice, but be added to faith, as the fruit to its tree, so that both may repose solely on God's mercy, &c. As far as concerns my own conscience, I willingly and tranquilly acquiesce in the mercy of God. In the mean time, I think it little concerns me to enquire whether I apprehend mercy by faith alone, or by faith and works. I know well that both of these are required from me, and acknowledge my great imperfection in both; but I beseech my God to succour the weakness of my faith, and also, having forgiven my sins, to fulfil in me the justice of the law. Nor truly do I doubt but that there are very many who rest most calmly in the wounds of Christ, and yet are not endowed with so much talent as to be able to judge whether to attribute their justification to faith alone, or to faith with works." All this, and much more of the same import, may be read in the author himself, most worthy of note, as having proceeded from a deep sense of piety, united with truth, and from a desire of removing the dissensions of the parties.

6. Peter Baroe, a Welshman, formerly Professor of Divinity in the University of Cambridge, a most learned man, and a great lover of peace, showing^a by what methods the controversy concerning the justification of works, at present agitated with the Romanists, seems likely to be removed, or at least diminished, ("for," says this writer^b in golden words, "if we be the children of the light,^c we ought always to endeavour to diminish controversies;") in the first place, by the works which St. Paul excludes from justification, understands the works of the law; not the ceremonial works only, but also those which are moral, when destitute of faith, and opposed to it.^d Secondly, though he wrongly contends that the love of God (viz. that by which the will begins to love God, shown to it by the intellect, and desires to be joined to Him, &c.) belongs to the nature of justifying faith, (since, as we have above largely proved, faith is

illius effectum ipsâ justificatione posteriorem (quod absurdè illius in Academiâ illâ tunc temporis Antagonistæ volebant) quo scilicet verè et tutò, sicut existimabat, sustinere posset communem Protestantium sententiam, fide solâ nos justificari; eo ipso tamen vir doctus et sagax clarissimè vidit, fidem, si ab eâ primam illam Dei dilectionem, vel cogitatione solùm, removeamus, justificare non posse; quum sic spectata, mentis tantùm actio sit, cui soli vim justificandi tribuere absurdissimum est, † et cum innumeris Sanctæ Scripturæ locis ex diametro pugnans. “Verùm,” inquit Author,^a “si voluntas bonum sibi à mente oblatum [non modo non respuat, sed etiam] expetat, et cum obtinendi fiduciâ * quærat ac consecetur, tum vera fides est una cum spe ac resipiscentiâ,” etc. quâ homo consequitur justitiam, etc. Quibus omnibus ibi atque alibi demonstrat manifestè, non fide solâ, propriè sic dictâ, et ab aliis actibus contradistinctâ, sed et spe, dilectione, resipiscentiâ, etc. nos justificari. Secundò tantùm Dei amore (ut author loquitur) ex Christo in nobis per Spiritum fidemque habitante exorto, quo illum, non ut Deum modò ac bonorum omnium fontem, à nobis adhuc sejunctum ac remotum, sed jam ut Patrem nobisque conjunctissimum, beneficiorum acceptorum memores prosequimur, etc. et externis charitatis, cùm erga Deum, tum homines, effectis, negat nos justificari, quum hæc fide justificante et justificatione nostri posteriora sint. Quod tamen cave intelligas nisi de justificationis principio, non etiam de ejusdem progressu et augmento, nisi manifestè errare velis, ut infrâ dicitur. Hac de re lege prolixas et eruditas disputationes apud scriptorem hunc.^b

7. Innocentius Gentiletus, Jurisconsultus magni nominis inter Protestantes, etiam rigidiores,

† [Ed. 2^a sit.]

^a Tractatu de Fide, pag. 119.

* [p. 30.]

^b Præf. 34 in Jonam per totum libello prope toto de Fidei justis naturalis, etc. [de Fide ejusque ortu et natura] Et de præstantiâ divinæ legis anno 1586 in Egregie quædam dilucidâ explicatione, circa finem libri [p. 251.]

situated in the intellect only,) and is not an effect of it posterior to justification, as his antagonists in that University then absurdly maintained; in order that, by this hypothesis, he might truly and safely, as he thought, support the general doctrine of Protestants, that we are justified by faith alone; yet by that very supposition this learned and sagacious man most clearly saw that faith cannot justify, if we remove from it (though only in thought) that first love of God: since, thus viewed, it is only an action of the mind, to attribute the power of justifying to which alone is most absurd and diametrically repugnant to innumerable passages in Holy Scripture. “But,” says this author,^a “if the will [not only does not reject, but even] desires the good thing offered to it by the mind, and seeks and pursues it with assurance of obtaining, then it is true faith, together with hope and repentance, &c. whereby man obtains justice, &c.” By all which arguments he here and elsewhere clearly demonstrates that we are justified not by faith alone, properly so called, and as contradistinguished from the other acts, but by hope, love, repentance, &c. also. Secondly, it is only the love of God (as the author says) arising from Christ abiding in us through the Spirit and faith, by which we, mindful of the benefits we have received, embrace, &c. Him, not merely as God, and the fountain of all good things, Who is as yet separate and remote from us, but as being now our Father, and most closely united to us. And he denies that we are justified by the external effects of love, as well towards God, as towards man, because these are subsequent to justifying faith and to our justification. This, however, thou must take care to understand of the commencement only of justification, not of its progress and increase; otherwise thou wilt manifestly err, as will be shown hereafter. On this subject read the ample and learned dissertations of this writer.^b

7. Innocentius Gentiletus, a Jurisconsult of great name among the Protestants, even the more rigid, thus

^a in Examine Concilii Tridentini Genevæ excuso, anno 1586, pag. 66, 67, 68, ^b Can. 9.

dum examinat canones Sess. 6. de justificatione, ita inquit; ^a “Si patres Tridentini cum dicunt, ‘bona opera cum fide justificationem nostram cooperari,’ ^b (quanquam hæc loquendi ratio sit impropria) ita sentiunt” (scilicet fidem quâ justificamur esse illam solùm fidem quæ per charitatem operatur) “nequaquam ab illis dissentimus: neque enim negamus, charitatem erga Deum et proximum esse bona opera, quinimo singulorum bonorum operum particularium fontem et scaturiginem esse affirmamus: nam et ipsi fatemur, fidem esse bonum opus. Sed si intelligant eleemosynas, jejunia, et id genus alia charitatis exercitia particularia, una cum fide Christianâ nostram justificationem cooperari, quæ eorum videtur esse sententia,” (sed certè non est, hæc enim ipsi Romanenses non exigunt, nisi cum tempus et vires horum præstantorum occasionem suppeditant) “hoc sanè fateri non possumus; latro enim ille, qui à Christo in cruce justificatus est, apertè indicavit, cum ad eum precibus refugeret, se in eo spem suam collocare, Deumque diligere, et ex eo quod culpæ socium suum corripuit ut eum ad eandem fidem amplectendam impelleret, perspicuè apparuit, eum quoque ^{*} proximum suum dilexisse; adeo ut etsi nullas eleemosynas erogasset, † neque ullis se jejuniis macerasset, ‡ aut alia ejusmodi privata charitatis opera bona præstitisset, || justificatus sit tamen, etc.” Unde patet, auctorem hunc nonnisi externa pietatis opera, à justificatione excludere, in casu scilicet jam dicto; non autem interna spei, charitatis, etc. Quocirca hæc expressiora subjungit, “Cæterum cum dicimus, nos solâ fide justificari, hoc non ita accipimus, quasi fides sit sola causa efficiens nostre salutis, (nam ea est misericordia Dei quam nobis per meritum Filii sui exhibet) sed tantum causam instrumentalem quâ nos sibi conjungit et devincit, conjunctive, virtute Sancti Spiritus.

* [p. 31.]

† [Ed. 2^a erogavit]

‡ [Ed. 2^a macerasset.]

|| [Ed. 2^a justificatus sit.]

14. 21. 22.

speaks,^a while examining the canons of the sixth session of the Council of Trent, of justification; "If the Tridentine Fathers, when they say that good works along with faith effect our justification^b (although this expression be an improper one) mean thus," (viz. that that faith only which works by love is the faith by which we are justified,) "we by no means dissent from them: for we do not deny that love to God and our neighbour are good works; nay, on the contrary, we affirm them to be the fountain and well-spring of particular and individual good works; for we also allow that faith is a good work. But if they mean that almsgiving, fasting, and such like particular exercises of love, cooperate together with Christian faith our justification, which seems to be their opinion," (but certainly it is not, for these the Romanists do not exact, except when time and strength afford opportunity for performing them;) "this truly we cannot allow; for that thief who was justified by Christ on the cross openly indicated, when he betook himself to Him with prayers, that he placed his hope in Him, and loved God; and, from his rebuking his partner in guilt to induce him to embrace the same faith, it clearly appears that he loved his neighbour also: so that, though he gave no alms, nor macerated himself with any fastings, nor performed any other such private good works of love, nevertheless he was justified." Whence it is evident that this author excludes from justification only the external works of love, viz. in the case already mentioned, but not the internal works of hope, love, &c. Wherefore he adds these still more explicit words: "But when we say that we are justified by faith alone, we do not so understand it as if faith alone were the efficient cause of our salvation, (for that is the mercy of God, which He bestows on us through the merit of His Son), but merely the instrumental cause, whereby He conjoins and binds us to Himself, and we, having been conjoined, draw from

tûs justificationem nostram ab eo haurimus. Itaque haud multùm refert solam fidem (quæ, ut ante dictum est, à charitate sejungi non potest) nostræ justificationis causam esse dicamus, an etiam charitatem [causam] cooperantem esse asseramus, dummodo hoc nobis persuasum sit, Solum Christum, Patris erga nos dilectionem impetrantem,† causam efficientem esse. Nam cùm una sine alterâ esse nequeat, ambas conjunctim causas instrumentales dicere possumus." Quæ subnectuntur, "Rectius tamen dixeris, fide nos justificari, quàm fide et charitate, etc." in gratiam tantùm rigidiorum ab illo addita sunt, ne scilicet per antedicta eos nimium offenderet, vel, quod probabilius est, ab alienâ sunt manu profecta.

† [ed. Gen-
tiletii, *adim-
plentem pro
impetran-
tem*]

8. De C. Vorstii sententiâ super hac re nemo dubitare potest, qui illius Scholia Alexicaca contra Sibrandum diligenter legerit: quamplurimis enim in locis hoc asserit, probatque. Hæc tantùm verba huc libet adscribere; ^b "Imò ne pium quidem piis operibus justificari dico, si opera propriè ac per se sumantur, fideique ac gratiæ opponantur. Sed hoc solùm cum Scripturâ et Patribus dico, nos fide vivâ et operante justificari; eoque et operibus fidei hactenus justificari, quatenus hæc pro fide illâ sumuntur, et ut fructus, immò quasi anima fidei considerantur."

^b ex pag.
270 circa
finem.

9. Remonstrantes ^c Fidem in negotio justificationis 'non alio modo considerandam esse' affirmant, 'quàm quatenus obedientiam fidei includit, et tanquam fecunda bonorum operum mater est, totiusque Christianæ pietatis ac sanctimonix fons ac scaturigo. Tantùm abest ut huic obedientiæ ac pietati et ipsa opponi debeat, aut jure possit.'" Et in Apologiâ ^d sic inquirunt, "An non mera logica pugna est, si disputetur, An fides quæ est viva, an [fides] quæ * est viva, requiratur ad justificationem? Certè; utrinque [enim] in de-

^c Confessi-
one, cap. 10,
n. 2.

^d[Apologia,
cap. 10, pag.
113.

* [p. 32.]

Him our justification, though the operation of the Holy Ghost. It is therefore of no great importance whether we say that faith alone (which, as we have said before, cannot be separated from love) is the cause of our justification, or whether we assert that love also is a cooperating cause, provided only we be persuaded of this, that Christ alone, obtaining for us the love of the Father, is the efficient cause. For since the one [*i. e.* faith] cannot be without the other [*i. e.* love], we may call both conjointly instrumental causes." What follow, "Nevertheless it is more proper to say that we are justified by faith than by faith and love, &c." are added by him only to gratify the more rigid, lest he should too much offend them by what he had before said, or, what is more probable, they have proceeded from another hand.

8. Of the opinion of C. Vorstius on this matter, no one who has diligently read his *Scholia Alexicaca contra Si-brandum* can have a doubt; for he asserts and proves this in very many places. I can only give here the following words:^b "Nay, I say that not even a pious man is justified by pious works, if 'works' be taken properly and by themselves, and be opposed to faith and grace. But this only I say (with the Scriptures and the Fathers) that we are justified by a living and working faith; and, therefore, that we are justified by the works of faith in so far as they are taken for that faith, and are considered as the fruit, nay rather as the soul of faith."

9. The Remonstrants^c affirm that, in the affair of justification, faith "is to be considered in no other way than in as far as it includes the obedience of faith, and is as it were the prolific mother of good works, and the fountain and well-spring of the whole of Christian piety and holiness. So impossible is it that it ought to be or justly can be itself opposed to this obedience and piety." And in their Apology^d they thus speak, "Is it not a mere logical controversy to dispute whether faith which is living or faith in that it is living is required to justification? Certainly both sides agree in describing the

scribendâ fidei naturâ est consensio : utrinque bonorum operum præsentia necessaria esse statuitur ; de respectu tantùm quem fides viva ad justificationem habet, quæstio manet : at de respectu statuere non est nostrum, sed Judicis. Deinde quid habet respectus ille merus, quod justam magnæ liti causam dare possit † ? Imò quid non habet, quod occasionem omnem liti debeat præcidere apud eos qui pietatis et bonorum operum sunt studiosi. Sanè si dicatur, fidem requiri ad justificationem, quatenus vel quâ est viva fides, necessitas bonorum operum et pietatis Christianæ fortius adstruitur quàm si dicatur, fidem requiri ad justificationem, quæ viva est," nam " natura rei id evincit, etc." Et ^a Remonstantes sic statuunt, " litem pæne totam quam hîc movent Censores, de respectibus metaphysicis esse, quos fides vera et viva habet ad justificationem, de quibus statuere Judicis et Domini est, non subditorum. Enimvero" (utinam omnes rigidiores utriusque altercantium partis altè animis suis hæc verba infingerent) " quis sine gemitu, sine suspiriis, sine lachrymis cogitet, quod nos homunciones, miselli, tardi et negligentes in iis quæ officii nostri sunt accuratè examinandis, et fideliter præstandis, tantum otii et audaciæ nobis sumamus ut involemus in partes Domini et Judicis nostri, et quo respectu hi aut illi actus nostri ab illo sint judicandi in extremo judicio, audeamus definire ; et nisi alii conservi, istas definitiones nostras, præter officium et vocationem nostram à nobis factas, admittant, populum Christianum, peculium Dei et Domini nostri" Jesu Christi, " in partes scindere, conservos cædere, flagellare, ejicere, anathematismis et omne genere immisericordiæ in eos sævire non vereamur, etc." Verba hæc ultima digna sunt quæ aureis scribantur characteribus. Idem ^b ad verba Censorum, " Quod fidei et obedientiæ man-

† [Ed. For-
besii pote-
rit.]

^a pag. 114,
circa finem.

^b in [Apo-
logiâ seu]
Examine
Censuræ,
cap. 22,
pag. 237
[verso.]

nature of faith ; by both sides the presence of good works is held to be necessary : the question only remains as to the relation which living faith bears to justification. But to determine the relation does not belong to us, but to the Judge. Next, what is there in the mere relation, to afford a just cause to a great dispute ? Nay rather, what has it not that ought to cut off all occasion of dispute from among those that are desirous of piety and good works. Certainly, if it be said that faith is required to justification, in so far as or in that it is a living faith, the necessity of good works and Christian piety is more strongly set forth than if it be said that faith which is living is required to justification. The nature of the thing [*i. e.* of faith] shows it." And^a the Remonstrants thus lay down that "almost the whole controversy which the Censors here raise, is about the metaphysical relations which true and living faith bears to justification, to determine which belongs to the Judge and Lord, not to His subjects. But indeed," (would that all the more rigid of both sides would fix these words deep in their souls), "who, without groans and sighs and tears, can reflect that we, wretched pigmies, so slow and negligent in accurately examining and faithfully performing those things which belong to our duty, should assume so much leisure and audacity as to soar into what belongs to our Lord and Judge, and should dare to define by what relation this or that act of ours will be judged by Him in the last judgment ; and that unless our other fellow-servants admit these our definitions, made by us transgressing the bounds of our duty and calling, we do not hesitate to divide into parties the Christian people, the peculiar property of our God and Lord Jesus Christ, to beat, scourge, cast out our fellow-servants, to rage against them with anathemas, and every sort of unmercifulness." These last words are worthy of being written in letters of gold. The same Remonstrants,^b to these words of the Censors

datorum ex æquo veniam peccatorum et vitam æternam attribuunt," hæc respondent Remonstrantes; "Phrasis 'ex æquo' æquivoca est; si eam pro Æque principaliter accipiat Censor, tum injuriam facit Remonstrantibus, fidei enim ut principi, duci, matri, ac fonti obedientiæ, veniam peccatorum et salutem adscribunt. At si eam pro Coniunctim accipiat, tum agnoscunt Remonstrantes, se fidei, quæ et quatenus coniunctam sibi habet obedientiam stricte* sumptam, sub quâ propositum obediendi, cum videlicet actus obedientiæ specialiter exerceri non possunt, comprehenditur, ac proinde obedientiæ etiam, ex fide profectæ, veniam peccatorum et salutem æternam adscribere. 'At hoc nihil aliud est,' inquit Censor, 'quàm justificationem et salutem fidei et operibus, indistinctim seu coniunctim, tribuere.' Ita est: Scripturam sibi præeuntem habent, non tantum in famoso illo loco S. Jacobi,^a ubi disertè dicitur, 'Concludimus ergo, hominem justificari ex operibus et non ex fide tantum;' sed et in aliis plus quàm mille locis ubi operibus bonis remissio peccatorum et vita æterna tribuitur, etc." Lege Apologiam ipsam; et,^b "Nimirum huc redit universa, quæ circa articulum istum" de justificatione "est dissensio; An fides sive creditio illa, ut sic loquamur, quâ credimus, nobis remissa esse peccata nostra, sive quâ apprehendimus misericordiam Dei et Christi pro nobis satisfactionem, nos coram Deo justificet, quâ simpliciter talis actus est, an quatenus actus vivus est, id est, coniunctam sibi habens vel actualem respicientiam, vel saltem firmum ac deliberatum animi propositum de vitâ totâ ad normam Christianæ religionis, auxilio divinæ gratiæ cum timore ac tremore instituendâ. Hoc est quod Remonstrantium declaratio asserit et profiteatur, nihil aliud, etc." Idem repetunt in Responsione suâ ad specimen calumniarum, etc.^c

* [p. 33.]

^a c. 2. [Ep. Jac. v. 21.]^b in [Apologia seu] Examine Censuræ, cap. 25, pag. 307, circa finem.^c pag. 111.

(that "they" [the Remonstrants] "attribute pardon of sins and eternal life equally to faith and to obedience to the commands,") reply as follows: "The expression 'equally' is equivocal: if the Censor takes it for 'equally principally,' he is unjust to the Remonstrants, for they ascribe forgiveness of sins and salvation to faith, as the prince, leader, mother, and fountain of obedience. But if he take it for 'conjointly,' then the Remonstrants acknowledge, that they ascribe pardon of sins and eternal salvation to faith, which has, and in so far as it has, joined to it obedience, strictly so called, (under which is comprehended the intention of obeying, *i. e.* when special acts of obedience cannot be performed,) and therefore to obedience also which has proceeded from faith. 'But this,' says the Censor, 'is nothing else but to attribute justification and salvation to faith and works, indistinctly or conjointly.' Even so is it: they have Scripture for their warrant, not only in that famous passage of St. James, ^a where it is expressly said, 'We conclude, therefore, that a man is justified by works, and not by faith only,' but in a thousand other passages besides, where forgiveness of sins and life eternal are attributed to good works, &c." Read the Apology itself; again; ^b "That is to say, the whole dissension about this article" (of justification) "comes to this. Whether faith, or that belief whereby we believe that our sins have been forgiven, or whereby we apprehend the mercy of God and the satisfaction of Christ for us, justifies us before God, in that simply it is such an act, or in so far as it is a living act, *i. e.* one having joined to itself either actual repentance, or at least a firm and deliberate intention of mind to regulate, by the aid of divine grace, our whole life with fear and trembling, after the pattern of the Christian religion. This is what the declaration of the Remonstrants asserts and professes, nothing but this." They repeat the same in their *Responsio ad specimen calumniarum* &c. ^c

Thammeri Argumenta, quæ anno 1547 et 1548 Marpurgi proposita fuerunt contra sententiam de fide solâ justificante unâ cum Bened[icti] Aretii responsionibus infirmissimis, vide in hujus Authoris Problematibus Theologicis.^a Theodorus Bibliander, Theologus Tigurinus; ^b “Quamquam,” inquit, “ea quæ religionem Christianam absolvunt, ita cohærent, ut invicem nequeant separari: tamen synecdochicâs sæpenumero una res aut duæ pro omnibus aliis ponuntur. Quod, meo judicio, præbuit ansam altercandi non paucis, in disputatione de hominis justificatione, qui tropum non observârunt, quo una res pro aliis pluribus aliquoties ponitur, etc.” vide authorem.

10. Omnes illi Protestantes qui fidem justificantem definiunt, quòd sit notitia et assensus, et expeditio misericordiæ promissæ, et in eum qui promisit fiducia firma, quod faciunt multi, vel quòd sit fiducia, etc. aut assensus fiducialis atque * etiam obsequiosus, quod volunt alii permulti, quicquid verbo contendunt, † Solam fidem justificare; reipsa tamen idem destruunt, si modò actuum fidei, spei, dilectionis, pœnitentiæ, orationis, etc. distinctionem salvam volunt. Res adèò diversas ad fidei essentiam reducere, nec Theologia neque etiam recta ratio permittit, nisi sub ejusmodi rerum et verborum confusione et ipsi falli atque etiam alios fallere velimus.

11. Archiepiscopus Spalatensis ^c fatetur, “fidem, si in solâ suâ purâ formalitate sumatur, quatenus est solius actus intellectûs” nos justificare non posse, etc. “Sed in verâ et vivâ fide nos,” inquit, “præter actum intellectûs, etc. ponimus etiam bonam dispositionem voluntatis, quæ inchoatâ charitate erga Deum etc. afficiatur, eique seipsam subdat, et ad ei parendum disponat, magnamque in eum spem collocet, concipiatque fiduciam, etc.” Et rursus; ^d “Cùm præsertim vera fides includat affectum pium vo-

^a Loc. 24. de Justificatione, pag. 134. et aliquot sequentibus. [p. 72. sqq.]
^b Antisophist. lib. 3. pag. 167.

* [p. 34.]
† [Ew. 2^a contendant.]

^c de Rep. Eccles. lib. 7. cap. 11. n. 206.

^d Ibid.

See the arguments of Thammer, which were proposed in the year 1547-8, at Marburg, against the opinion that faith alone justifies, together with the very weak answers of Benedictus Aretius, in this latter author's *Problemata Theologica*.^a Theodorus Bibliander, a Zurich theologian :^b "Although," he says, "those things which make up the Christian religion so cohere that they cannot be separated from one another, yet often one or two things are by a synecdoche put for all the others ; which, in my opinion, has given a handle for altercation to not a few persons in the dispute about the justification of man, who have not observed the figure by which one thing is sometimes put for several others, &c." See the author.

10. All those Protestants who define justifying faith to be knowledge and assent, and the supplicating for the promised mercy, and a firm trust in Him that promised, as many of them do, or that it is a trust or a trustful and even obsequious assent, as very many others will have it,—however much they may contend in words that "faith alone justifies ;" yet in fact they overturn it, provided only they distinguish between the acts of faith, hope, love, penitence, prayer, &c. For neither theology nor even right reason allows of bringing under the essence of faith, things so diverse, unless we wish, by such a confusion of words and things, both to be ourselves deceived and to deceive others.

11. The Archbishop of Spalatro^c allows, that "faith, if it be taken in its own sole pure formality, in so far as it is an act of the intellect alone, cannot justify us, &c. But," he says, "in true and living faith, we, besides the act of the intellect, . . . put also the good disposition of the will, which is affected by inchoate love towards God, . . . to whom it submits itself, and disposes itself to obey Him, and places in Him a great hope, and conceives trust." And again ;^d "Especially since true faith includes a pious affection of the will, in which there is

luntatis, in quo est inchoata erga Deum charitas, et magna ex meritis Christi fiducia, etc.”

^a Ibidem.

Et ; ^a “ Et quicumque justificantur prope mortem, ut latro in cruce, et similes, profectò solâ fide, cum illâ saltem inchoatâ dilectione et fiduciâ quæ est in omni verâ fide vivâ, justificantur, etc.” Quid aliud hæc omnia innuunt, quàm fide solâ (propriè et contradistinctè ab aliis actibus conjunctis, fidem intelligendo) nos non justificari ? Archiepiscopus quidem unitatis et charitatis Christianæ studiosissimus, ^b affirmat, “ Sanctam Scripturam aliis quoque actibus antecedaneis tribuere vim quandam obtinendæ remissionis peccatorum, ex Dei promissione, et teneri in conscientiâ Pastores ad hæc ipsa opera populum adhortari, tanquam remissionem peccatorum secum, si debitè fiant, ex divinâ benignitate et promissione, aliquo modo, sive dispositivè sive instrumentaliter afferentia. Cum quibus” tamen (ut gratificetur rigidioribus Protestantibus) putat “ stare posse, Fidem solam esse quæ apprehendat formaliter justificationem.”

^b Ibidem.
n. 216.

^c n. 211.

Idem tamen paulò antè ^c dixerat, fiduciæ solius, (quæ ad spem reducitur, et ex fide nascitur, sive fidei effectum est, ^d) proprium † esse, aut saltem videri actionem, formaliter et proximè Christi justitiam apprehendere, etc. Quomodo autem hæc coherere possunt, fide solâ apprehendi formaliter Christi justitiam, et tamen non nisi fiduciâ, quæ fidei effectus est ? Deinde quod ait, ^e sine omni bono opere, licèt cum nullo malo opere, solam fidem plenè justificare, falsum est ; nisi bona opera exteriora intelligat ; * (quod proculdubio facit, licèt nimis generaliter et incautè loquatur ;) nam inchoatam Dei dilectionem et fiduciam, quæ sunt bona opera interna, à fide vivâ excludi posse, et in se absurdum est, atque etiam idem antè ea includi sæpe confessus est Conciliator. ‡ Ac proinde solam fidem sine aliis quibusdam bonis operibus seu actionibus inter-

^d n. 205.
† [Edd. pro-
prium.]

^e n. 216.
circa finem.

[†] [p. 35.]

‡ [Ed. 2^a
absurdum
est, et ne-
gavit sæpe
Conciliator
ipse.]

an inchoate love towards God, and a great trust from the merits of Christ." And ;^a " And whoever are justified when near death, as the thief on the cross and such like, they certainly are justified by faith alone, with that at least inchoate love and trust which is in all true living faith." What else does all this mean, but that we are not justified by faith alone, if we mean faith properly so called, and as it is contradistinguished from the other acts united with it? The Archbishop indeed, who was most desirous of Christian unity and love, affirms,^b that " Holy Scripture attributes to other antecedent acts also, a certain power (from God's promise) of obtaining forgiveness of sins, and that it is the duty of pastors to exhort their people to perform these works, because, if they be rightly done, they bring with them from the divine benignity and promise, forgiveness of sins, in some mode, whether disposingly or instrumentally. With which," however, he thinks (in order to gratify the more rigid Protestants) " it consistent that faith alone is that which formally apprehends justification." Yet a little before^c he had said, that it is proper to trust alone, (which is^d reducible to hope, and is born from faith, or is an effect of faith) or at least seems to be an action of it, formally and proximately to apprehend, &c. Christ's justice. But how are these consistent, that the justice of Christ is formally apprehended by faith alone, and yet not except by trust, which is an effect of faith? Lastly, what he says,^e that faith alone, without any good work whatever, provided only there be no sinful work, fully justifies, is false, unless he mean external good works, which he no doubt does, though he speaks too generally and incautiously: for to assert that inchoate love of God and trust (which are internal good works) can be excluded from living faith, is absurd in itself, and this same Conciliator has previously often confessed that they are included in it, and therefore he cannot mean that faith alone, without other internal good works or acts, justifies us. I

nis nos justificare, intelligi non potest. Pium authoris studium partes conciliandi vehementer probo et laudo, sed conciliationes solidas et veritati consonas semper adhiberi velim.

G. Cassander, multum ab illo nobili historico Jac. Aug. Thuano ^a “ob summum animi candorem ac moderationem” laudatus; “Multis ^b eruditus et piis viris satius videtur ut in concionibus popularibus vox illa *sola*, etc. prætermittatur” (quia scilicet perperam plerumque à populo intelligitur) “sed Scripturæ tantum verba usurpentur: ut, ‘Gratiâ salvi facti estis per fidem absque operibus;’ ^c ‘Justificati gratis per gratiam ipsius;’ ^d ‘Arbitramur hominem justificari fide, non ex operibus legis.’” ^e

12. Georgius Wicelius, vir etiam doctissimus ac moderatissimus; ^f “Vellemus,” inquit, “de fide justificante † quoties disserunt ‡ (Protestantes) ut exclusivam istam” *sola* “pacifice et amice omittant, quando sacræ nullæ literæ eam addant, || aut ex Scripturis Canonicis potius loqui ac docere ament, quàm ex propriis.” ^g

13. Episcopi Ecclesiæ Anglicanæ in Catholicâ Christiani hominis Institutione Londini excusa, A. 1544 triennio ante Henrici 8 obitum; licet multa, quæ hodie communiter à Romanensibus defenduntur dogmata rejiciant, de justificatione tamen sic loquuntur; “Atque ex his quæ diximus liquidò apparet, non solam fidem (quatenus fides quidem unum est, ac simplex donum à charitate et spe distinctum) sed cætera etiam gratiæ dona justificationem nostram conficere, et in eadem semper adesse oportere, non modò misericordiæ fiduciam, sed emendandæ etiam vitæ et bene operandi voluntatem ac propositum. etc.” Vide librum. ^h Vide etiam Enchiridion. Coloniense de justificatione. ⁱ

14. Quum igitur, ut hanc considerationem concludamus, nusquam in sacris literis (quibuscum tamen et sentiendum et loquendum esse de re-

^a Hist. lib. 36. [t. 2. p. 286.]

^b in Consult. art. 4. de Justif. [Opp. p. 916.]

^c [c. 2. ad Eph. v. 8.]

^d [c. 3. ad Rom. v. 24.]

^e [c. 3. ad Rom. v. 28.]

^f in Via regia ad art. 20 Confess.

Aug. de Bonis Operibus [apud

Brown Fascicul.

rerum expetendarum Lond.

1690 app. p. 715 § Au-

divimus satis patienter.]

† [Ed. Wicel. justitiæ pro justificante.]

‡ [Ed. 2^a dicunt.]

|| [Ed. 2^a addunt.]

g vide Erasmus tom. 9. [operum Ed. 1540.]

adversus Censuras Theol. Paris. Titulo [VII]

de fide et operibus pag. 682,

683, et contra Natalem Beddam,

pag. 398, 399.

^h [Formularies of Faith, p. 368.]

ⁱ pag. 141, 142. [§ verum forsau is quem.]

very much approve of and praise the pious desire of the author to conciliate the parties, but I would wish solid conciliations, and such as are consonant to the truth, to be always employed.

G. Cassander, who is much praised for “his very great candour of mind and moderation,” by that noble historian Jacobus Augustus Thuanus,^a says,^b “To many learned and pious men it seems preferable that the word ‘*alone*’ be omitted in popular discourses,” (viz. because it is for the most part wrongly understood by the people), “and that the scriptural expressions only be employed; as, ‘By grace ye are saved, through faith, without works;’^c ‘Ye are justified gratis through His grace;’^d ‘We account that a man is justified by faith, not from the works of the law.’”^e

12. George Wicelius, another most learned and moderate man,^f says, “We would wish that Protestants, whenever they debate concerning justifying faith, would, for the sake of peace, omit this exclusive word *alone*, since the sacred writings nowhere add it, and that they would rather speak and teach from the Canonical Scriptures than from the writings of their own party.”^g

13. The Bishops of the Anglican Church, in “A necessary doctrine and erudition for any Christian man,” printed at London, [in English, 1543, and in Latin] A.D. 1544, three years before the death of Henry 8, although they reject many dogmas which are now-a-days universally defended by Romanists, yet thus speak of justification:—“And therefore it is plain, that not only faith, as it is a distinct virtue or gift by itself, is required to our justification, but also the other gifts of the grace of God, with a desire to do good works, proceeding of the same grace.”^h See the Book itself; see also the Enchiridion Coloniense on justification.ⁱ

14. To conclude this consideration. Since it is nowhere expressly said in Holy Scripture, (and none contend more vehemently than the Protestants, that in

* [p. 36.]

† [Ed. 1^{ma}
quidem]‡ [Ed. 1^{ma}
dicti re alio-
rum. Ed. 2^a
dicti et alio-
rum.]^a [l. 1. c. 25,
p. 360.
§ Tertio.]§ [Ed. 2^a
possit.]^b in c. 11 ad
Rom.
[p. 1272.]
^c p. 242. et
seq.
[nimis ita
W. Ed. mi-
nime.]

bus fidei nulli mortalium Protestantibus * vehe-
mentius hodie contendunt) disertè legatur, Solâ
fide nos justificari, neque Patres, quos sic lo-
quutos sæpe constat, unquam tamen sensu à
Protestantibus hodie communiter recepto intel-
lexerint: Quum explicationes et conciliationes
nuper excogitatæ prorsus inanes sint: Quum-
que tandem viri quidam † doctissimi et harum et
illarum partium, litem hanc minimè necessariam
esse existimârunt atque etiamnum existiment:—
Nos etiam, veritatis et unitatis Ecclesiæ studio
inducti, illis accedentes, censemus de illâ non
amplius pertinaciter altercandum esse, et pro-
inde omnium Rigidiorum Protestantium senten-
tiam, et à veritate et [à] Christianâ charitate alie-
nam esse, qui assertionem de solâ fide non jus-
tificante communiter à Romanensibus defensam,
citra omnem vel fidei ipsius vel meriti opinio-
nem, etiam improprie dicti, aliorum ‡ operum seu
actuum cum fide ad justificationem concurrentium,
Non solùm cum S. Scripturâ et piis pa-
tribus è diametro pugnare contendunt; sed etiam
præter alia innumera, justam Protestantibus à
Romanâ Ecclesiâ secedendi causam præbuisse et
præbere. Lege, præter innumeros alios, extre-
ma verba Paræi lib. I. de Justificatione contra
Bellarminum.^a

15. Atque sic ex prædictis liquidò apparet,
contentionem illam, An fides vera et justificans
poterit § reipsâ à dilectione aliisque virtutibus
separari, nihil esse nisi meram logomachiam.
Nam si per fidem veram et justificantem intel-
ligatur fides dogmatica (quemadmodum proprie
et distinctè de fide loquendo nihil aliud intel-
ligi debet) Protestantes ferè omnes id affirmant.
Sententia enim illa Martini Bucerii (quæ etiam
fuit P. Martyris ^b aliorumque quorundam) in Col-
loquio Ratisbonensi ^c nimis || absurda est, “Om-
nem hominem, qui peccatum mortale admittit,
aut in peccato tali hæret, habere in animo suo

matters of faith we must both think and speak as it does), that “we are justified by faith alone;” and since the Fathers, who certainly have often used this expression, never understood it in the sense in which it is universally taken now-a-days by Protestants; and since the explanations and conciliations which have been lately devised are altogether futile; and since, finally, very learned men of both parties have accounted, and even now account, this question to be by no means necessary; we, therefore, being led by the desire of truth and of the unity of the Church to agree with them, deem it right that it be no longer pertinaciously contended for; and therefore that the opinion of all the more rigid Protestants is opposed as well to truth as to Christian charity, who contend that the assertion commonly defended by the Romanists, “that faith alone does not justify,” apart from every definition either of faith itself, or of the merit, even improperly so called, of the other works or acts which concur with faith towards justification,—that this assertion of Romanists is not only diametrically repugnant to Holy Scripture and the pious Fathers, but also that it (besides innumerable other things) has afforded and does still afford to Protestants a just cause for seceding from the Roman Church. Read, besides innumerable others, the last words of the first book of Paræus de *Justificatione contra Bellarminum*.^b

15. And thus from what we have said it clearly appears, that that contention, “Whether true and justifying faith can in reality be separated from love and the other virtues,” is nothing but a mere contest about words. For if by ‘true and justifying faith’ dogmatic faith be meant, (and if we speak properly and distinctly about faith, we can mean nothing else), almost all Protestants affirm it. For that opinion of Martin Bucer (which was also that of Peter Martyr^c and of some others), in the Conference of Ratisbon^d is altogether || absurd, that “every man who admits mortal sin, or remains in such sin, has

assensum fidei Catholicæ contrarium, nec assentiri verè ulli fidei articulo, aut ulli verbo Dei, immò nec credere Deum esse, cum nimirum qui se nobis in Scripturâ revelavit, etc.” “Dogmaticam fidem,” inquit R. Abbotus Episcopus Sarisburiensis^a hanc sententiam taxans, “omni graviore lapsu excuti, et cum mortali peccato consistere non posse, contra communem sensum est, et omni experientiâ falsum esse convincitur, cùm videamus homines non ullo modo pios, etc. dogmata fidei seriò propugnare, et formam religionis omni animositate defendere, tantùm * ad se non applicare quæ usui ad vitam esse debeant, etc.” Sed si per fidem justificantem intelligamus fidem vivam et charitati conjunctam, (quod certè Protestantes atque etiam multi alii intelligunt,) nihil absurdius dici aut fingi potest, quàm eam à dilectione separari posse, aperta enim est ἀντιλογία etc. “Fides,” ut inquit Augustinus,^b “sine charitate potest quidem esse, sed non et prodesse,” ac proinde nec, justificare.^c

^a contra R. Thomsoni diatribam. pag. 213.

^{*} [p. 37.]

^b lib. 15. de Trinitate cap. 18. [§ 32. t. 8. p. 990.]
^c Vide Aug. lib. 2. contra literas Petil. c. 77. [§ 172. t. 9. p. 265.] et Tract. 7. in cap. 1. Joan. [§ 3.] etc.

in his soul an assent contrary to the Catholic faith, and does not assent truly to any article of faith, or to any word of God, nay, does not even believe that God is, namely, that God who has revealed Himself to us in Scripture, &c." "That dogmatic faith," says R. Abbott, Bishop of Salisbury,^a arguing against this opinion, "is shaken off with every grave lapse, and that it cannot consist with mortal sin, is contrary to common sense, and is proved false by all experience, when we see men, in no ways pious, &c. seriously maintain the doctrines of the faith and defend the form of religion with all eagerness, only not applying to themselves what ought to be of use in regulating their life." But if by justifying faith we understand faith which is living, and united to love, which certainly Protestants, and even many others, mean, nothing could be more absurd than to say or pretend that it can be separated from love, for this is an open contradiction; "Without love," as says St. Augustine,^b "faith may be, but cannot profit," nor therefore justify.^c

* LIBER SECUNDUS.

Quo Controversia de causâ formali Justificationis consideratur.

CAPUT PRIMUM.

Quo generaliter de eâ lite agitur.

SUCCEDIT disputatio de causâ formali Justificationis, id est, Non propter quam, si propriè loqui velimus, sed per quam vel secundum quam, homo dicitur justus coram Deo. “Magna sanè quæstio,” inquit Bellarminus,^a “et hoc tempore præter cæteras maximè necessaria.” “Jure ‘Magnam’ dicit” Bellarminus, inquit Paræus,^b “hanc quæstionem, ea siquidem potissima fuit et est causa divortii, quod Evangelici à Romano Papatu facere coacti fuerunt.” Hæc ille. Sic hodie, pro dolor! plerique utriusque controvertentium partis judicant, sic scribunt; Vivimus enim addicti studiis. Quis tamen veritatis quæ est secundum pietatem et unitatis Ecclesiæ magis quàm rixarum et schismatum amans, non aliter sentiat? Conveniunt enim omnes, ut infrâ videbimus, in his; Homini quum primò justificatur peccata gratis remitti, justitiam Christi imputari, eundem etiam simul per Spiritum Sanctum renovari et sanctificari. Hæc omnia necessaria sunt creditu atque etiam extra omnem dubitationis aleam posita. Sed au

^a lib. 2. de
Justif. cap. 1.
[§ Expe-
ditis.]

^b contra
Bellarm.
loco citato.
[pag. 364.]

SECOND BOOK.

The Controversy of the formal cause of Justification considered.

CHAP. I.

This controversy treated of in general.

1. **T**HE disputation concerning the formal cause of justification follows next, that is, not on account of what [cause] (if we wish to speak properly), but through or according to what, man is said to be just before God. "A very great question, indeed," says Bellarmine, ^a "and at present necessary above all others." "Rightly does Bellarmine," says Paræus, ^b "call this question a great one, since it was and is the most especial cause of the separation which the Evangelicals have been forced to make from the Roman Papacy." Thus he. So now-a-days alas! think most of the controversialists of both parties; so they write, for we live in an age given to disputes. But who that loves the truth which is according to holiness and the unity of the Church more than contentions and schisms, does not think otherwise? For all agree in these things, as we shall see by-and-bye, that when a man is first justified, his sins are forgiven gratis; the justice of Christ is imputed to him; and he is, at the same time, renewed and sanctified by the Holy Ghost. All these things are necessary to be believed, and even put beyond all possibility of doubt. But the disputes as to whether the

justificationis ratio formalis posita sit in solâ remissione peccatorum, an verò etiam in impu-
 tatione justitiæ Christi, aut an etiam in internâ
 * [p. 30.] renovatione et sanctificatione, dissidia * videri
 possunt fermè Metaphysica, ut inquit Spala-
 tensis,^a haud absimilia disputationi Logicæ, vel
 Metaphysicæ potius, in quonam ponenda sit es-
 sentialis sive formalis ratio quantitatis, an in
 mensurâ, an in divisibilitate, an verò in exten-
 sione partium, aliisque plurimis, id genus, dis-
 sidiis. In Romanâ Ecclesiâ quàm multæ dis-
 crepantes hac de re sententiæ fuerunt atque
 etiamnum sunt, quarum nulla hæreseos jure
 damnari potuit aut potest! Audiatur Magis-
 ter Sententiarum,^b “ Mors Christi nos justificat,
 dum per eam charitas excitatur in cordibus nos-
 tris,” quâ scilicet “ diligimus Deum, qui pro no-
 bis tanta fecit.” “ Dicimur quoque et aliter per
 mortem Christi justificari, quia per fidem mor-
 tis ejus à peccatis mundamur. Unde Apostolus,
 ‘ Justitia Dei est per fidem Jesu Christi;’^c et
 iterum, ‘ Quem Deus proposuit propitiatorem
 per fidem in sanguine ipsius,’^d id est, per fidem
 passionis: ut olim aspicientes in Serpentem
 æneum in ligno erectum, à morsibus serpen-
 tum sanabantur. Si ergo rectæ fidei intuitu in
 illum respicimus, qui pro nobis pendit in
 ligno, à vinculis diaboli solvimur, id est, à pec-
 catis, et ita à diabolo liberamur, ut nec post
 hanc vitam in nobis inveniat quod puniat: Morte
 quippe suâ, uno verissimo sacrificio, quicquid cul-
 parum erat, unde nos diabolus ad luenda sup-
 plicia detinebat, Christus extinxit etc.” Hæc
 ferè hodiè est sententia Protestantium, quæ ali-
 orum fuit tunc temporis Orthodoxorum in ipsâ
 Romanâ Ecclesiâ. Videantur et alii plurimi,
 suis locis infrâ citandi. Certè verba Bellarmini
 de diversis, imò adversis, Romanensium senti-
Paræus; ^b "We have never said, nor do we think (as

am, ut per eam formaliter justii nominemur et simus, neque diximus unquam, neque sentimus, ut aliquoties jam ostendimus. Id enim non minus sanè cum rectâ ratione pugnaret, quàm si reus in judicio absolutus diceret, se elementâ judicis dominantis sibi vitam, formaliter justum esse, etc.”

Joannes Prideaux, Theologus Oxoniensis, in suis Lectionibus Theologicis nuper emissis,^a ad verba Bellarmini,^b “ Si justitiam seu merita Christi solum vellent” Protestantes “ nobis imputari, etc.” respondens, ita inquit; “ At quis unquam è nostris, nos per justitiam Christi imputatam formaliter justificari, asseruit? ” (Imò quamplurimi Protestantes, ut neminem latet. Quinimmo ipsemet,^{*} licèt hîc sui oblitus, paulò antè, hac eâdem lectione,^c disertè asseruit, formam justificationis nostræ, etc. esse tam activæ quàm passivæ obedientiæ Christi imputationem; sed hoc est quod dixi, æquivocatione vocis ‘formæ’ luditur, etc.) “ Annon formam quamlibet inhærentem, quâ formaliter justii denominemur, semper explosimus:”^d sic ille.

Sibrandus; ^e Chamierus.^f

15. Eandem propè sententiam cum hisce Protestantibus, quidam etiam Romanenses ante Concilium Tridentinum secuti sunt, testibus Romanensibus ipsis; Bellarmino,^g Stapletono,^h et imprimis A. Vegâ,ⁱ aliisque.

Alb. Pighius, strenuus alioqui et peracris Protestantium adversarius,^k cujus verba omnia in hanc sententiam non libet hîc adscribere, nam hac in re multus est. Postquam ibi fusè ostendit, “ neminem mortalium esse, quem si ad regulam divinæ justitiæ exigas, etiam illam imperfectiorem, et nostræ fragilitati attemperatam, ad quam exigimur meritò, etc.” qui non etiam injustitiæ convincatur, “ quamvis justissimus sit inter homines”^l subdit, divinam misericordiam nobis succurrisse per Christum, “ in quo,” inquit, “ justificamur coram Deo, non in nobis; non nostrâ, sed

^a Lect. 5 de Justif., pag. 163, Oxon. [a. 1626.]
^b lib. 2. de Justif. cap. 7, sect. Quarto Refellitur, etc.

^{*} [p. 49.]

^c pag. 156.

^d [p. 163.]

^e contra Vorstii errores, pag. 604, 605, etc.
^f [Panstratia Cathol.] de Justif. lib. 21, cap. 20, n. 21.
^g de Justif., lib. 2, cap. 1.
^h de Justif., lib. 7, cap. 9, [§ Jam vero.]

ⁱ de Justif., lib. 7, cap. 21.
^k Controversiarum præcipuar. in Comit. Ratisb. tractat. explicatio] 2 de Fide et Justif.

^l [Sign. G. 1. verso] § Quid igitur? hoc nempe

we have already shown several times), that the justice of Christ is imputed to us, in order that by it we might formally be called and be just; for that is no less repugnant to right reason than if a criminal pardoned in court were to say that he was formally just through the clemency of the judge, who granted him his life."

John Prideaux, an Oxford divine, in his *Lectiones Theologicæ*, lately published at Oxford,^a in answer to these words of Bellarmine,^b "If they," the Protestants, "merely meant that the justice or merits of Christ are imputed to us, &c.," says thus; "But who of our party ever asserted that we are formally justified by the justice of Christ imputed to us?" (Nay, rather, very many Protestants have so said, as everybody knows: Yea, he himself, although in this inconsistent with himself, but a little before expressly asserted in this very lecture,^c that "the form of our justification, &c., is the imputation as well of the active as of the passive obedience of Christ." But this is what I before said, they play with the ambiguity of the word 'form.')

"Have we not always rejected an inherent form of any sort by which we should be formally called just."^d Thus he.

Sibrandus; ^e Chamier.^f

15. Some Romanists also, before the Council of Trent, followed nearly the same opinion with these Protestants, as Romanists themselves—Bellarmine; ^g Stapleton; ^h and others, but especially A. Vega; ⁱ—testify.

Alb. Pighius, in other respects a strenuous and very bitter adversary of Protestants,^k all of whose words on this opinion cannot be transcribed, for he has much on this subject. After having there diffusely shown, that "there is no one of mortals who, if he were tried even according to the rule of divine justice, which is imperfect and attempered to our frailty, and according to which we are justly tried, &c.," might not be convicted of injustice, "though he be the most just among men,"^l he adds, that the divine mercy has succoured us through Christ, "in Whom, and not in ourselves, we are justified before God; not by our

illius justitiâ ; quæ nobis cum illo jam communicantibus," (et ut postea loquitur, " ei insertis, conglutinatis, et unitis,") " imputatur. Propriæ justitiæ inopes, extra nos in illo docemur justitiam quærere,^a etc." et paulò post, " In Christi autem obedientiâ quòd nostra collocatur justitia, inde est, quòd nobis illi incorporatis, ac si nostra esset, accepta ea fertur, ita ut eâ ipsâ etiam nos justî habeamur."^b Atque hanc sententiam Pighius multis Scripturæ testimoniis, quæ à Protestantibus communiter adducuntur, confirmat, eandemque illustrat exemplo haud ineleganti benedictionis Jacobi Patriarchæ,^c quo Protestantes multùm delectantur: concludit denique in hunc modum, " Dissimulare non possumus, hanc" (scilicet de justificatione) " vel primam doctrinæ Christianæ partem obscuratam quàm illustratam magis à Scholasticis spinosis plerisque questionibus et definitionibus, secundum quas nonnulli magno supercilio primam in omnibus auctoritatem sibi arrogantes, et de omnibus facilè pronunciantes, fortassis etiam nostram hanc damnarent sententiam, quâ propriam, et quæ ex suis * operibus esset coram Deo justitiam, derogamus omnibus Adæ filiis, et docuimus unâ Dei in Christoniti nos posse justitiâ, unâ illâ justos esse coram Deo, destitutos propriâ, nisi hoc ipsum adstruxissemus aliquantò diligentius."^d Hæc ille. Prolixitatis vitandæ studio, cætera quæ dicenda sunt in caput sequens rejicienda duxi.

^a [Sign. G. 2. § Quoniam quidem inquit.]

^b [ibid.]

^c [c. 27. ad Gen. v. 15.]

* [p. 59.]

^d [Sign. G. 2. verso § Et hæc tenus.]

CAPUT III.

In quo fusius adhuc de imputatione justitiæ Christi tractatur.

* [fol. 13. verso § Eodem modo justitiæ imputatur.]

1. CANONICI Colonienses in suo Antididagmate capite quo tractant de causis per quas justificamur, hæc habent de causâ formali; " Jus-

own, but by His justice, which is imputed to us, who now communicate with Him," (and who, as he afterwards says, "are engrafted, conglutinated, and united to Him:") "destitute of any justice of our own, we are taught to seek justice out of ourselves in Him;"^a and a little after, "But that our justice is placed in the obedience of Christ arises from hence, that we having been incorporated with Him, it is imputed to us as if it were ours, so that by it we also are accounted just."^b and Pighius confirms this opinion by many proofs from Scripture, which are commonly adduced by Protestants, and illustrates it by the not inelegant example of the blessing of the Patriarch Jacob,^c in which Protestants greatly delight. He concludes finally in this manner; "We cannot dissemble that this" (viz., about justification), "which one may even call the chiefest part of Christian doctrine, has been obscured rather than illustrated by the, for the most part, thorny questions and definitions of the schoolmen; according to which, some, arrogating to themselves with much superciliousness the chief authority in all things, and hastily pronouncing on all things, would perchance have condemned this my opinion, by which I deny to every son of Adam proper justice before God, and such as flows from his own works, and have taught that we can rely only on the justice of God in Christ, that by it alone we are just before God, being destitute of any justice of our own: unless I had established this thing with much diligence."^d so far he. From the desire of avoiding prolixness, I have thought good to leave to the following chapter what remain to be said.

CHAP. III.

The imputation of the justice of Christ treated of yet more fully.

1. **T**HE Canons of Cologne, in their Antididagma, in the chapter in which they treat of the causes by which we are justified,^e speak as follows about

tificamur," inquit, "à Deo justitiâ duplici, tanquam per causas formales et essentielles. Quarum una et prior est consummata Christi justitia, non quidem quomodo extra nos in ipso est, sed sicut et quando eadem nobis (dum tamen fide apprehenditur) ad justitiam imputatur. Hæc ipsa ita nobis imputata justitia Christi, præcipua est et summa justificationis nostræ causa, cui principaliter inniti et fidere debeamus. Aliter verò justificamur formaliter per justitiam inhærentem quæ remissione peccatorum simul cum renovatione Spiritûs Sancti, et diffusionem charitatis in corda nostra, secundum mensuram fidei uniuscujusque, nobis donatur, infunditur, et fit propria, etc." Hæc illi.

2. "Inclinasse videntur in hanc sententiam," inquit Vega, "Authores etiam libelli à Carolo Quinto Collocutoribus in Comitibus Ratisponensibus" ad promovendam conciliationem oblatis anno 1541. ut legere est apud Goldastum; ^a ubi inter cætera bona nobis communicata in justificatione nostrâ ponunt imputationem justitiæ Christi; ^b et fide eatenus dicunt nos justificari, id est, acceptari et reconciliari Deo, quatenus apprehendit misericordiam et justitiam, quæ nobis imputatur propter Christum et ejus meritum, non propter dignitatem seu perfectionem justitiæ nobis in Christo communicatæ; ^c et fidelem animam aiunt non inniti justitiæ sibi inhærenti, sed soli justitiæ Christi nobis donatæ, sine quâ omnino nulla ^{*} est, nec esse potest justitia, etc. ^d "Licet enim non utantur hi," inquit Vega, ^e "verbo 'formaliter,' neque dicant justitiam Christi causam formalem nostræ justificationis, sicut Colonienses; tamen eandem cum illis videntur secuti sententiam, quia præter justitiam inhærentem, alteram justitiam, nempe Christi, communicari nobis asseruerunt, quâ præcipuè fiamus justi; cuique soli debeamus inniti."

3. Contarenus Cardinalis, vir doctrinâ et vitæ

^a Constitutions Impériales, tom. 2, pag. 186, artic. 5, de Justificatione hominis.

^b [§ 3.]

^c [§ 4.]

^{*} [p. 51.]

^d [§ 5.]

^e Loca supra citata [de justif., l. 7, c. 21.]

the formal cause ; “ We are justified,” say they, “ by God, with a double justice, as by formal and essential causes : of which, one and the prior is the perfect justice of Christ, not indeed as it is out of us and in Him, but as and when it (being apprehended by faith) is imputed to us for justice. This same justice of Christ, thus imputed to us, is the chief and most important cause of our justification, which we ought principally to rely on and trust to. But in another way, we are formally justified by inherent justice, which, by the remission of sins, together with the renewal of the Holy Ghost, and the spreading abroad of love in our hearts, according to the measure of the faith of each one, is given to us, is infused, and becomes our own, &c.” So far they.

2. “ The authors, moreover,” says Vega, “ of the memorial presented to promote concord, by Charles 5, to the Collocutors at the Diet of Ratisbon” in the year 1541, seem to have leaned to this opinion, as may be seen in Goldastus ;^a where, among the other good things communicated to us in our justification, they put the imputation of the justice of Christ,^b and say, that “ we are justified (*i. e.* accepted and reconciled to God) by faith, in as far as it apprehends mercy and justice, which is imputed to us on account of Christ and His merit, not on account of the worth or perfection of the justice communicated to us in Christ :”^c and they say, that “ the faithful soul does not lean on the justice inherent to itself, but solely on the justice of Christ given to us, without which there neither is nor can be any justice at all.”^d “ For although,” says Vega,^e “ they do not use the word ‘ formally,’ nor say that the justice of Christ is the formal cause of our justification, as the divines of Cologne do, yet they seem to have adopted the same opinion as they did, because they assert that, besides inherent justice, another justice (namely, that of Christ) is communicated to us, by which especially we become just, and on which alone we ought to rely.”

3. Cardinal Contarini, a man illustrious both for learn-

^a in Tractat. de Justificatione, [p. 592. f.]

integritate insignis, qui Comitibus illis Ratisbonensibus interfuit,^a ita inquit, “ Quoniam ad duplicem justitiam pervenimus per fidem, justitiam inherentem nobis et charitatem ac gratiam quâ efficimur consortes divinæ naturæ, et justitiam Christi nobis donatam et imputatam, quoniam inserti sumus Christo et induimus Christum; restat inquirere, utrânam debeamus niti, et existimare nos justificari coram Deo, id est, sanctos et justos haberi. Ego prorsus existimo, piè et Christianè dici, quod debeamus niti, niti inquam tanquam re stabili, quæ certò nos sustentat, justitiâ Christi nobis donatâ, non autem sanctitate et gratiâ nobis inherente. Hæc etenim nostra justitia est inchoata et imperfecta, quæ tueri nos non potest, quin in multis offendamus, quin assiduè peccemus, ac propterea indigeamus oratione quâ quotidie petamus, dimitti nobis debita nostra. Idcirco in conspectu Dei non possumus ob hanc justitiam nostram haberi justî et boni, quemadmodum deceret filios Dei esse bonos et sanctos. Sed justitia Christi nobis donata, est vera et perfecta justitia, quæ omnino placet oculis Dei, in quâ nihil est quod Deum offendant, quod Deo non summoperè placeat. Hac ergo solâ, certâ et stabili nobis nitendum est, et ob eam solam credere, nos justificari coram Deo, id est, justos haberi et dici.” hæc ille.

4. Multò æquiùs et moderatiùs etiam post Concilium Tridentinum de hac loquendi formulâ, tantoperè à Patribus illius Concilii damnatâ, quòd scilicet Christi justitiâ nobis imputatâ justî simus formaliter, pronunciavit Ruardus Tapperus, quanquam et ipse de re ipsâ diversum à Protestantibus sentiret;^b “ Et si,” inquit, “ in re ipsâ esset consensus,” (id est, si non excluderetur justitia inherens) “ non esset multùm de verbis sermonisque formâ pugnandum; quæ ob varios tropos, quibus Scripturæ et etiam nos plerumque *

^b Explicatio articulorum viginti art. 8. de Justif. § Pro majori autem t. 2. pag. 27. * [p. 52.]

ing and holiness, who was present at that diet of Ratisbon,^a writes thus; "Since [we have said, that] by faith we attain to a twofold justice, [1] justice inherent in us, and love, and that grace whereby we are made partakers of the divine nature, and [2] the justice of Christ given and imputed unto us, because we are engrafted into Christ, and have put on Christ; it remains to enquire, upon which of these we ought to rely, and to account ourselves justified by it before God, that is, accounted holy and just. . . . I certainly think that it is piously and christianly said, that we ought to lean, to lean, I say, as on a firm and stable thing, which certainly supports us, on the justice of Christ given to us, and not on holiness and grace that is inherent in us; for this our justice is inchoate and imperfect, and such as cannot preserve us from offending in many things, or from sinning frequently, so that we therefore need the prayer whereby we daily beg that our trespasses may be forgiven us. Therefore we cannot, by means of this our justice, be accounted just and good in the sight of God, as it behoves the sons of God to be good and holy. But the justice of Christ which is given unto us is a true and perfect justice, which is altogether pleasing in the eyes of God, in which there is nothing which offendeth God, which does not most thoroughly please Him. We must, therefore, rely on this as the only sure and stable [justice], and believe that on account of it alone we are justified (that is, accounted and called just) before God." so far he.

4. Ruardus Tapper (though after the Council of Trent) pronounced much more equitably and moderately of this expression, so strongly condemned by the Fathers of that Council, viz., that by Christ's justice imputed to us we are formally just, although he also thought differently from Protestants on the thing itself;^b "And if," he says, "there were an agreement on the point itself," (*i. e.* if inherent justice were not excluded) "there would be no need of contending much about words and expressions, which, on account of the various metaphors which the Scriptures, and even we ourselves oftentimes use, might

utimur, permitti et dissimulari possit; quòd videlicet Christi justitiâ nobis imputatâ justus sumus formaliter, tametsi nostra justitia non sit justitiæ Christi participatio, nisi in genere causæ efficientis, etc.” et paulò post, “Simili itaque tropo et nos justus nominari possumus imputatione justitiæ Christi, sicut figurata est loquutio, quòd ‘Christus nobis factus est sapientia, justitia, etc.’^a item quòd ‘eum, etc. pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso;’^b item ‘Dominus justitia nostra.’^c Super hac igitur sermonis formâ et loquendi modo, non multùm esset contendendum, si nobis concederent adversarii, quòd propria justitia nobis inhæreat, sicut proprium ex Adamo contrahimus peccatum nos intrinsicè commaculans.” hæc ille.

5. Rectiùs tamen nonnulli alii Theologi Protestantes, et Romanenses communiter, justitiam vel obedientiam Christi nobis imputatam seu applicatam, non causam formalem, sed causam meritoriam tantùm et impulsivam, quam *προκαταρκτικὴν* nominant, justificationis nostræ esse statuunt. Justitiâ enim Christi nos justificari, et ut causâ formali, atque etiam ut meritoriâ, ut asserunt ii, qui priorem tuentur sententiam, dici non potest; nequit enim fieri, ut eadem res simul sit causa efficiens ad quam meritum reducitur, et formalis ejusdem effecti; quia sic simul et de essentiâ effecti foret et non foret; cùm causa formalis interna sit et τὸ τὴν εἶναι; efficiens autem externa tantùm, uti constat.

6. Dico, rectiùs statui, Justitiam Christi causam meritoriam, non formalem justificationis nostræ; quia præter id quod dictum est, illud primò universa clamat Scriptura; hoc autem nulla omnino Scriptura clarè et necessario evincit.

^a 1 ad Cor., c. 1. [v. 30.]
^b 2 ad Cor., c. 5. [v. 21.]
^c Jer., c. 23. [v. 6.]

Quod enim^d Christus nominatur, “Dominus justitia nostra,” (quem locum cum sequentibus,

be allowed and winked at, viz., that we are formally just by Christ's justice imputed to us, although our justice is not the participation of the justice of Christ, except in as much as that is the efficient cause of ours;" and a little after, "Therefore by a similar metaphor we also may be called just by the imputation of the justice of Christ, as it is a figurative phrase, that 'Christ is made to us wisdom, justice, &c.'^a also that 'Him who knew no sin, He made sin for us, that we might be made the justice of God in Him.'^b also, 'The Lord our justice.'^c Therefore we should not have to contend so much about this expression and mode of speaking, if our adversaries would concede to us that we have justice of our own, inherent in us, as we have contracted a real sin of our own from Adam, which defiles us intrinsically." so far he.

5. More rightly, however, do some other Protestant theologians, and the generality of Romanists, hold that Christ's justice or obedience imputed or applied to us is not the formal cause, but only the meritorious and impulsive cause (which is called the *προκαταρκτική*) of our justification. For it cannot be said, that the justice of Christ justifies us both as the formal and also as the meritorious cause, as is asserted by those who hold the former opinion. For it is impossible that the same thing can be at once the efficient cause to which merit is reduced, and the formal [cause] of the effect of the same cause, since thus it at the same time would be and would not be of the essence of the effect; inasmuch as the formal cause is internal, and that which expresses the essence or being of a thing; but the efficient is merely external, as all allow.

6. I say that it is more rightly taught, that the justice of Christ is the meritorious, not the formal, cause of our justification; because, besides what has been said, in the first place, the whole of Scripture testifies that it is the meritorious cause: but that it is the formal cause, is evinced by no one passage of Scripture at all by a clear and necessary consequence.

For as to Christ's being called ^d "the Lord our justice" (which text, along with the following, all those Pro-

ut cæteri omnes Protestantes, qui hanc sententiam tuentur, vehementer urgent, ita nemo magis quàm Episcopus Wintoniensis in concione quâdam Anglicanâ, doctissimâ alioqui, de justificatione in Christi nomine super hunc locum^a) et in loco illi parallelo,^b dicitur “factus nobis à Deo sapientia et justitia, etc.” sensu causali et figurato, non propriè, intelligendum est: quia scilicet Christi merito veram justitiam et divinam sapientiam, sanctificationem et redemptionem à Deo accipimus; quomodo^c * Christus ‘pax nostra’ vocatur, quia pacem nobis suo merito conciliavit: sic locorum peristases diligenter excussæ cogunt, sic interpretes omnes doctiores suadent hæc dicta explicanda.

^a [Andrews’ Sermons, vol. 5, serm. 5, p. 112, 116, sq.]
^b 1 ad Cor., c. 1, v. 30.

^c e. 2 ad Eph. v. 14.
* [p. 53.]

^d 2 ad Cor., c. 5, vers. ult. [v. 21.]

Quod^d dicitur, Deus “Christum, qui non noverat peccatum, etc.” hunc habet sensum, Deus Christum, etc. “peccatum fecit pro nobis,” id est, ‘hostiam seu sacrificium pro peccatis nostris;’ ut multi, cùm Veteres, tum Recentiores, vocabulum peccati hoc loco ex variis veteris Scripturæ locis intelligunt; vel, ‘hominem morti, miseriis ac ærumnis variis obnoxium, et per hæc peccatoribus similem,’ ut per ‘peccatum’ ‘similitudo peccati’ vel ‘pœna peccati’ intelligatur; sicut alii: vel tertio, ut Chrysostomus^e aliique Græci, ‘nostri causâ tractavit eum tanquam ipsum peccatum, ipsum scelus,’ id est, ‘tanquam hominem insigniter sceleratum,’ ‘ut in quo posuerit iniquitatem omnium nostrum,’^f quando scilicet eum pro nobis morti crucis subiecit, quo maledicto et ignominioso supplicii genere solent affici famosi latrones; “ut nos per eum,” Græcè ἐν αὐτῷ, Hebraismus est pro δὲ αὐτοῦ, sic etiam exponit Occumenius, “per ipsum,” id est ‘per Christi meritum,’ “efficeremur justitia Dei,” id est ‘verè justî,’ eâ nempe justitiâ, quæ à Deo nobis donata et Deo probata propter Christum sit; remissis scilicet peccatis nostris omnibus et nobis per Spiritum Christi sanctificatis. Con-

^e H. 11, t. 10, p. 518, b

^f Esaire, c. 53, [v. 6.]

testants who hold this opinion vehemently urge, and no one more than the Bishop of Winchester in an English sermon, ‘Of justification in Christ’s name,’ in other respects most learned, on this text^a), and in the parallel passage,^b His being said to be “made to us by God wisdom and justice, &c.,” it is to be understood only in a causal and figurative sense, not properly, viz., because through Christ’s merit we receive from God true justice and divine wisdom, sanctification, and redemption; as^c Christ is called ‘our peace,’ because by His merit He has conciliated peace to us. Thus the contexts of the passages when diligently sifted, compel us to interpret these texts, thus all the more learned interpreters persuade us to do.

As to what is said^d that God “hath made Christ, Who knew no sin, &c.,” it has this meaning: ‘God has made Christ sin for us,’ *i. e.*, ‘a victim or sacrifice for our sins,’ as many, both ancients and moderns, interpret the word ‘sin’ in this verse from many passages in the Old Testament; or ‘A man obnoxious to death, miseries and various calamities, and thereby like to sinners,’ so that by ‘sin,’ ‘the likeness of sin,’ or ‘the punishment of sin,’ be understood;—so others; or, thirdly, as S. Chrysostom^e and others of the Greeks, ‘For our sakes He treated Him as sin itself, as crime itself,’ *i. e.*, ‘as a man signally depraved,’ as being Him on Whom He had laid the iniquity of us all,^f viz., when for us He subjected Him to the death of the cross, by which accursed and ignominious kind of punishment infamous criminals were wont to be punished: ‘That we through Him,’ in the Greek it is ‘in Him,’ which is a Hebraism for ‘through Him,’ and so Œcumenius expounds it; “through Him,” *i. e.*, ‘through the merit of Christ’; “might be made the justice of God,” *i. e.*, ‘truly just,’ viz., with that justice which is given to us by God, and is pleasing to Him for Christ’s sake, all our sins having been forgiven, and we ourselves sanctified by the Spirit of Christ. Consult all the more

sulantur Interpretes omnes doctiores, veteres atque recentes, in locum; nos enim nunc commentarios non scribimus. Ita ut nihil minus ex hoc loco intelligi possit, quàm ab iis, qui hanc sententiam propugnant, hinc inferatur; omnem scilicet nostram justitiam, quâ coram Deo justificamur, externam esse, ipsam scilicet Christi justitiam, quæ nostra fiat, dum nobis illam gratuito Deus imputat: eodem (ut loquuntur illi) modo, quo Christus peccatum sive peccator factus est, non propter peccatum sibi inhærens, sed propter imputationem nostrorum peccatorum etc.

Nihil nunc dicam quàm à vero alienum sit, quod hinc atque alibi passim ab illis affirmatur, Christum verè et realiter per imputationem coram Deo peccatorem habitum fuisse. Suscepit quidem Christus in se, spontè atque etiam ex Patris mandato, debitum solvendæ pænæ nostris peccatis debitæ (ex quo non peccator sed justus, imò justissimus, dici meruit) peccata tamen * nostra eorumque reatum in se propriè non recipit. Longè enim aliud peccatum est, quàm debitum solvendæ pænæ, hic enim † est effectus consequens, potestque quis debitum hoc pro alio vel leolvere, quamvis illius peccatum in se proprie non recipiat. “Peccatum non suscepit,” inquit Augustinus,^a “sed pœnam peccati suscepit; suscipiendo sine culpâ pœnam, et pœnam sanavit et culpam.” et^b; “Suscepit Christus sine reatu supplicium nostrum, ut inde solveret reatum nostrum, et finiret etiam supplicium nostrum.” sic ille. Nam nec decuit, neque etiam fieri potuit, ut Christus veram injustitiam in se reciperet; sic enim minimè fuisset idoneus ad satisfaciendum Deo pro injustitiâ nostrâ. Sed de totâ hac novâ atque etiam falsâ hujus loci expositione, lege inter recentiores Protestantes doctissimum Bilsonum, Episcopum quondam Wintoniensem.^c

7. Neque etiam testimonia Patrum, quæ ad

* [p. 54.]

† [Ed. 2^a
nam hoc.]

^a Serm. 14
de verb.
Apost.
[nunc. serm.
294. § 13.]

^b Contra
Faustum,
lib. 14, cap.
4, [f. t. 8, p.
266.]

^c In sua re-
cognitione
passionum
Christi:
[Survey of
Christ's suf-
ferings for
man's re-
demption],
pag. 271.
272, [268—
271.]

learned interpreters, as well ancients as moderns, on the text, for we are not now writing commentaries. So that nothing is more foreign to this passage than what is inferred by those who defend this opinion, viz., that all our justice whereby we are justified before God is external, to wit, the very justice of Christ, which becomes ours by God's gratuitously imputing it to us ; in the same way (so they speak) in which Christ was made sin, or a sinner, not on account of sin inherent in Him, but because of the imputation of our sins, &c.

I say nothing here, how opposed to truth is that which is so frequently affirmed by them from this and other passages, that Christ was accounted by imputation really and truly a sinner before God. Christ, indeed, took upon Himself, of His own accord, and also by His Father's command, the debt of paying the penalty due to our sins (from which He merited to be called not a sinner, but just, nay, most just); but He did not properly take on Him our sins and their guilt. For sin is a very different thing from the debt of paying the penalty ; for this is the consequent effect, and a man can be willing to pay this debt for another, though he do not properly take his sin on himself. "He took not sin," says S. Augustine,^a "but He took the punishment of sin ; by enduring the punishment without having the fault, He cured both punishment and fault." and^b; "Christ endured our punishment without guilt, that thereby He might do away with our guilt, and also end our punishment." so far he. For it was neither seemly, nor indeed possible, that Christ should take upon Himself true unjustice ; for He would thus have been by no means fitted for satisfying God for our unjustice. But as to the whole of this new and moreover false exposition of this text, read of the more recent Protestants, the very learned Thomas Bilson, formerly Bishop of Winchester.^c

7. Neither do the testimonies of the Fathers, which are

hanc sententiam firmandam vulgò citantur, hoc probant. Verba illa Augustini^a quæ clarissima illis videntur, “ Ipse ergo peccatum, ut nos justitia; nec nostra, sed Dei; nec in nobis, sed in ipso. Sicut ipse peccatum, non suum, sed nostrum; nec in se, sed in nobis constitutum, similitudine carnis peccati, in quâ crucifixus est, demonstravit: etc.” sic sunt intelligenda, ut cuivis locum legenti clarissimè patet, “ Christum, in quo peccatum non erat, pro nobis peccatum fecit Deus, cui reconciliandi sumus,” inquit Augustinus, “ hoc est, sacrificium pro peccatis per quod reconciliari valeremus: Ipse ergo peccatum,” id est, in similitudine carnis peccati, in quâ venerat, sacrificatus est, ad diluenda peccata nostra, non sua, “ ut nos justitia,” id est, ut nos justii essemus, “ non nostra,” id est, non justitia nostris viribus parta, “ sed Dei,” id est, à Deo donata; “ nec in nobis,” id est, non ex nobis ipsis profecta, “ sed in ipso,” id est, ex ipso et per ipsum. Nihil enim magis alienum à mente S. Augustini fingi potest, quàm justitiâ divinitus infusâ, sed semper cum remissione peccatorum conjunctâ, propter Christi meritum nos non justificari. Eodem modo intelligenda sunt omnia, quæ hanc in rem ex Augustino citantur,^b sicut et verba * Bernardi,^c “ Domine, memorabor justitiæ tuæ solius^d; ipsa est enim et mea etc.”^e et verba Justini Martyris,^f “ Quid enim aliud potuit peccata nostra tegere, quàm ejus justitia, etc.” Hæc inquam omnia atque alia consimilia non sunt aliter intelligenda, quàm de imputatione seu communicatione justitiæ Christi nobis per modum meriti, aut aliâ quacunque ratione à Theologis observatâ †; non per modum causæ formalis justitiæ seu justificationis nostræ; ut evidentè patet legentibus hæc aliaque Patrum dicta et scripta.

8. Neque etiam ulla necessaria ratio ejusmodi imputationis justitiæ Christi afferri potest. Quicquid enim imperfectionis cum peccato conjunc-

^a In Enchirid. ad Laurentium, cap. 41, [§ 13, t. 6, p. 213, A.]

^b Ex tom. 10, serm. 61, de verbis Domini sub finem [nunc t. 5, serm. 144, § 3 et 6], ex serm. 6, de verbis Apostoli, [nunc serm. 155 § 8], ex tom. 8 in Psal. 30. conc. 2, [§ 6, t. 4, 148 f.] et in Psal. 70 in enarratione primæ partis, [sermo 1, § 4, t. 4, 721 d.]

* [p. 55.]

^c Serm. 61 super Cantica, [§ 5, vol. 1, p. 1476, C.]

^d [Ps. 71, 16.]

^e Et Epist. 190 ad Innoc. Papam, [cap. 6, § 15, 16, t. 1, p. 652, E], et in serm. ad Milites Templi, conc. 11. [cap. 11, § 22, t. 1, p. 553 E.]

^f In Epist. ad Diognetum, [§ 9, p. 238, D.]

† [Ed. 2^a ratione considerata.]

commonly cited to confirm this opinion, prove it. Those words of S. Augustine,^a which seem to them so clear, “He, therefore, is sin that we might be justice; neither our own justice, but God’s; nor in us, but in Him. As He pointed out, in the likeness of sinful flesh in which He was crucified, sin, not His own, but ours, nor existing in Himself, but in us,” are to be understood thus, as will be most evident to every one who reads the passage; “Christ, in Whom there was no sin, God, to Whom we are to be reconciled, made sin for us,” says S. Augustine, “that is, the sacrifice for sins through which we might be able to be reconciled. He, therefore, was sin,” *i.e.*, He in the likeness of sinful flesh, in which He had come, was sacrificed to wipe away our sins, not His, “that we justice,” *i.e.*, that we might be just, “not our own,” *i.e.*, not justice acquired by our own powers, “but of God,” *i.e.*, given by God; “nor in us,” *i.e.*, not proceeding from ourselves, “but in Him,” *i.e.*, from Him and through Him: for nothing could be conceived more foreign to the mind of S. Augustine, than that we are not justified on account of the merit of Christ, by justice divinely infused, but always accompanied by forgiveness of sins. In the same manner are to be understood all the other passages cited from S. Augustine on this subject;^b as also the words of S. Bernard,^c “O Lord, I will make mention of Thy justice solely,”^d for it is mine also.”^e and the words of S. Justin Martyr,^f “For what else could cover our sins but His justice, &c.” all these passages, I say, and other such, are to be no otherwise understood than of the imputation or communication of Christ’s justice to us in the way of merit, or by whatever other method theologians allow of; but not in the way of the formal cause of our justice or justification, as will evidently appear to those who read those and other sayings of the Fathers.

8. Nor can any necessary reason be given for such an imputation of the justice of Christ. For whatever imperfection joined with sin exists, or is believed to exist, in

tum inest, vel inesse creditur, in justitiâ nostrâ inhærente, vel habituali vel actuali inde emanante, (an enim omnis omnino imperfectio sive defectus et exiguitas justitiæ nostræ in hac vitâ verè et propriè peccatum sit, infrâ dicetur) id totum gratis remittitur propter meritum justitiæ Christi nobis imputatum; ita ut præter remissionem peccatorum et justitiam inhærentem, quæ utraque effectus est satisfactionis et meriti Christi nobis imputati, haud quaquam opus sit ad formalem justificationis rationem constituendam novâ illâ imputationis justitiæ Christi ratione.

Immò si per justitiam Christi imputatam justii haberemur et essemus, perindè ac si propria sit nostra intrinseca et formalis justitia, hæc incommoda inde sequi viderentur.

Primò, ut urgent Romanenses, non minus justii censi deberemus coram Deo, quàm ipse Christus. Hoc quidem discriminis intercedit, quòd Christus à se et in se seu inhærenter justus sit, nos tantùm precariò et imputativè, id est, ab illo et in illo: nihilominus tamen per Christi justitiam nobis sic imputatam, verissimâ Dei æstimatione æquè justii censemur et sumus, † quàm ipse Christus: quod Christianæ aures vix ferre possunt. Certè nec Scriptura, nec Patres unquam aut usquam ita loquuntur.

† [*L. 2^a*
censemur
et esse-
mus.]

Secundò, omnes qui justificantur æquè justificantur, quia non diversâ participatione justitiæ à Christo transfusæ justii sunt, sed solâ imputatione unius et ejusdem justitiæ Christi, quæ tota singulis æquè imputatur. Distinctio hîc adhiberi solita ab iis qui huic sententiæ favent, ad hoc incommodum vitandum, inter justitiam justificationis et sanctificationis, non est satis solida, ut cap[ite] seq[vente] monstrabitur.

[p. 56.]

* Denique, hinc sequitur, justos in hoc seculo justiores esse quàm in vitâ æternâ futuri sint; cum hîc omnes per ipsam Christi justitiam, omnium longè perfectissimam, sibi imputatam

our inherent justice, either our habitual justice, or the actual, which emanates from thence (for whether every imperfection whatever, or defect and littleness of our justice in this life, be truly and properly a sin, will be discussed hereafter), it [*i.e.*, the imperfection] is entirely remitted gratis on account of the merit of Christ's justice which [*i.e.*, which merit] is imputed to us; so that there is no need whatever of this new mode of the imputation of Christ's justice in order to the constituting of the formal cause of justification over and above the forgiveness of sins and inherent justice, both of which are the effects of Christ's satisfaction and merit imputed to us.

Nay, if by Christ's justice imputed we are accounted and are just, in exactly the same manner as if it was our own proper intrinsic and formal justice, these absurdities would seem thence to follow :

1st. As the Romanists urge, we ought to be accounted before God no less just than Christ Himself. There is, indeed, this difference : that Christ is just from Himself, and in Himself, or inherently, we only precariously and imputatively, *i.e.*, from Him and in Him. Nevertheless, by Christ's justice thus imputed to us we are accounted and are equally just with Christ Himself in the all-true estimation of God ; which Christian ears will scarcely endure. Certainly neither Scripture nor the Fathers ever or anywhere so speak.

2nd. All who are justified are equally justified, because they are just not by a diverse participation of justice transfused by Christ, but solely by the imputation of the one and the same justice of Christ, which is equally imputed, the whole to each person. The distinction between the justice of justification and that of sanctification, which those who favour this opinion are wont to use here to avoid this absurdity, is not solid, as will be shown in the next chapter.

Lastly, it follows from this opinion, that the just are in this life more just than they will be in the life eternal, since here they all are accounted and are truly just before God by Christ's justice (by far the most perfect

^a [Vide Vorst. Scholia Alexicaeca c. Si-
brandum, p. 208, § 3.]

^b De Justif., lib. 2, cap. 6, ipso capitis initio, [§ Tertius error Calvini.]

^c Ut lib. 3, Institut., [cap. 11], sec. 21, 22, et in Antid. Conc. Trid. ad sess. 6, [§ Postquam septimo capite, de] et Comment ad

Rom., 4, 5, et in Ps. 32, [v. 1.]

^d De Justif., libro dicto, [id est 2^{do}] cap. 1, sect. Joh. Calvinus, et cap. 2, sect. Sed non minore fraude, etc.

^e Lib. Institut. jam dicto, [id est lib. 3], cap. 11, sect. 2, et rursus ibidem, sect. 3, Justificare nihil aliud est, etc.

^f [c. Bell. de Justif., l. 2, c. 2, p. 387.]

^g [Panstr. Cath., l. 21, de Justif., c. 15, n. 19, sq.]

^h [Loc. 13.] de Justificat. aphorismo 14, pag. 305.

ⁱ pag. 306.
^k Aphorismo 15, pag. 307.

^l Tesserad. [ecae] Antipist[oriana], parte 2, pag. 32.

* [p. 57.]

verè coram Deo justi habeantur et sint, illic singuli suam tantùm habituri sint; quum nihil amplius loci ejusmodi Christi justitiæ imputationi futurum sit, propter perfectionem justitiæ inherens, quæ tamen ipsâ Christi justitiâ multò erit inferior.

9. Denique illis Protestantibus^a qui formam justificationis, immò totam essentiam, in solâ peccatorum remissione constituunt, (quod faciunt ex iis non pauci) hæc imputatio justitiæ Christi non per modum causæ meritoris tantùm, sed et per modum causæ formalis, aut saltem quasi formalis (ut quibusdam loqui placet) non probatur.

Calvinum in his cum Bellarmino^b et cum quibusdam etiam Protestantibus, vix numerare possum; licèt enim aliquando Calvinus totam justitiam nostram in gratuitâ peccatorum remissione constituat,^c alibi tamen, ut Bellarminus ipse^d fateri cogitur, “disertis verbis, justificationem in peccatorum remissione et justitiæ Christi imputatione positum esse, dicit.”^e Locos hos Calvini in speciem pugnantes, aut certè valde ambiguos, qui illius dictis mordicus inherens, ut Paræus,^f Chamierus,^g aliique, conciliare satagunt: an solidè satis, judicet candidus lector.

Piscator Exegesi Aphorismorum doctrinæ Christianæ ex Calvini Institut. maximam partem excerptorum affirmat,^h “formam justificationis esse ipsam remissionem peccatorum, sive non imputationem, sive (quod idem valet) justitiæ imputationem”; quod etiamⁱ ex pluribus Scripturæ locis probare nititur; et^k Christi justitiam seu obedientiam illam quam Patri præstitit, etc. pro causâ tantùm procatarteticâ seu meritoriâ habet.

Vorstius^l; “Atque hoc demum sensu,” inquit, “alienam justitiam nobis imputari docemus” (Protestantes), * “quatenus alienâ, hoc est, Christi solius obedientiâ, tanquam causâ meritoriâ, formalem nostram justitiam, hoc est, remis-

of all) imputed to each, while there, each one will have his own justice only, since there will be no further occasion for such an imputation of Christ's justice, on account of the perfection of the inherent justice, which, however, will be very much inferior to the justice of Christ.

9. Lastly, this imputation of Christ's justice, not as the meritorious cause only, but also as the formal cause, or at least the quasi-formal cause (as some choose to express it), is not approved of by those Protestants (and they are no inconsiderable number) who place the form, nay, the whole essence, of justification solely in the forgiveness of sins.^a

I can scarcely agree with Bellarmine,^b and some Protestants also, in numbering Calvin among these. For though Calvin sometimes makes our whole justice to consist in the gratuitous forgiveness of sins,^c still in other places (as Bellarmine himself^d is compelled to allow) "he says, in express words, that justification consists in the forgiveness of sins, and the imputation of the justice of Christ."^e Those who (as Paræus,^f Chamier,^g and others) adhere tenaciously to Calvin's dicta, attempt to reconcile these seemingly contradictory, or certainly very ambiguous passages; whether altogether solidly, the candid reader may judge.

Piscator in his *Exegesis Aphorismorum Doctrinæ Christianæ* (taken for the most part from Calvin's *Institutes*), affirms,^h that "the form of justification is the forgiveness of sins, or the non-imputation [*i. e.*, of sins], or, what comes to the same thing, the imputation of justice," which, moreover, he endeavoursⁱ to prove from many texts of Scripture; and he holds^k the justice of Christ, or that obedience which He paid, &c. to the Father, to be only the initiative or meritorious cause.

Vorstius^l; "And finally in this sense," he says, "we," Protestants, "teach that the justice of another is imputed to us, in so far as we affirm that by the obedience of another, *i. e.*, by that of Christ alone, as the meritorious cause, our formal justice (*i. e.*, the forgiveness of

sionem peccatorum, per quam omni modo justī coram Deo constituimur, nobis comparatam esse affirmamus. Interim, justitiam Christi, propriē dictam, hoc est, obedientiam ejus tum activam tum passivam, item sanctitatem ejus nativam, etc. sic nobis imputari, ut ipsa subjectivē nobis inhæreat, atque ita nos formaliter per eam justī constituamur: id neque nos asserimus, neque uspiam in Sacris literis indicatum esse dicimus.” et rursus ^a; “ ‘Justitiæ Christi’ nomine, vel ipsam à Christo præstitam obedientiam intelligimus; et tum obedientiam illam Christi, non quidem propriē in se et per se, sed effectivē tantum, sive ratione fructūs et effectūs sui, nobis imputari, hoc est, impartiri et communicari dicimus: Vel per ‘justitiam Christi,’ ipsam in abstracto sive in genere acceptam justitiam, ex gratiâ Dei nobis imputatam, sed tamen obedientiâ Christi reverâ partam, intelligimus: et tum verbum ‘imputandi’ per verbum donandi, sive reipsâ attribuendi, facilè patimur explicari. Nam certè utrumque verissimum est: et, fructum obedientiæ Christi reipsâ nobis donari, ita ut subjectivē nobis inhæreat; adeoque obedientiam ipsam hoc sensu nobiscum communicari (prout jure spiritualis conjugii, nostrum est quicquid Christus habet), et, propter eandem Christi obedientiam nos, quicumque in Christum credimus, justos à Deo reputari; sicut Rom. 3. et 4. et 5. item 1 Cor. 1. et 2 Cor. 5. et alibi videre licet. Interea fate-mur, longè tutius esse, ipsas Scripturæ phrases in hoc gravissimo argumento præcisè et simpliciter usurpare; quæ, vel justitiam nobis in genere (non in specie, hujus vel illius justitiam) imputari; vel fidem ad justitiam nobis imputari, dicunt; et utramque phrasin per remissionem, sive non imputationem peccatorum declarant.” ^b Idem etiam ^c affirmat multorum Protestantium nomine, formam justificationis veram et

^a Ibidem,
pag. 49.

^b Vide et
pag. 114,
etc.

^c In suo Anti-
bellarmi-
no, [in 4 t.
Bell.], pag.
600.

sins by which we are constituted every way just before God) has been procured for us. In the meantime, we neither assert, nor allow to be anywhere declared in the Scriptures, that Christ's justice properly so called (that is, His obedience, as well active as passive, and also His innate holiness, &c.) is so imputed to us, that it itself subjectively inheres in us, and that thus we by it are formally made just." and again,^a "By the expression 'the justice of Christ,' we understand either the obedience performed by Christ, and then we say that that obedience of Christ is, not indeed properly in itself and through itself, but merely effectively or as concerns its fruit and effect, imputed, *i.e.*, imparted and communicated to us; Or by 'the justice of Christ,' we understand justice itself, taken in the abstract or generically, imputed to us by the grace of God, but yet in truth obtained by the obedience of Christ; and then we scruple not to explain the word 'to impute' by the word 'to give,' or in fact 'to attribute.' For certainly each of these is most true: both that the fruit of Christ's obedience is in reality given to us, so as to inhere in us subjectively, and that, therefore, obedience itself is in this sense communicated to us (inasmuch as by the right of our spiritual wedlock, whatever Christ has is ours); and also, that on account of that same obedience of Christ we, as many as believe in Christ, are reputed just by God, as may be seen in Rom. c. 3, and 4, and 5, also 1 Cor. c. 1 and 2 Cor. c. 5, and elsewhere. In the meantime we allow that it is far safer in this most important subject, precisely and simply to use the very terms of Scripture, which either say that justice generically (not specifically, the justice of this or that person) is imputed to us, or, that faith is imputed to us for justice, and which explain both expressions by the remission or non-imputation of sins."^b The same divine ^c affirms in the name of many Protestants, that the true and proper form of justification is the imputation of

propriam esse ipsam justitiæ imputationem, vel quod idem est, peccatorum remissionem; et pluribus argumentis idem confirmare satagit.^a

^a Pag. 601, 602; lege et pag. 607, 608, 611; vide ejusdem Scholia Alexicaca contra Si- brandum, pag. 207, 208, 210, 285.

^b in Respon- sione ad specimen calumnia- rum, [spec. 13], pag. 111, etc.

* [p. 58]

^c Apell.

Protest. [Catholike Appeale for Protest- ants], lib. 5, cap. 11, sect. 2, n. 4.

^d De Repub. Eccles., lib. 7, cap. 11, [n] 217.

Remonstrantes; ^b * “An obedientia Christi formaliter est nostra justitia; Fatemur hoc à nonnullis dici, sed quomodo consequenter hoc dici possit, non videmus. Nam si Christi obedientia est formaliter justitia nostra, quomodo fides nobis imputatur in justitiam, propter obedientiam sive meritum Christi? obedientiam enim Christi formaliter, propter obedientiam Christi ut causam προκαταρκτικὴν nobis imputari, absurdum est etc.”

Videatur etiam Th. Mortonus.^c

[10.] Sed ut Protestantes alios silentio transeamus, Archiepiscopus Spalatensis ^d Protestantium sententiam, sive potiùs diversas super hac re exponens sententias, ita inquit; “Posteriorès” (Reformati scilicet) “volunt, justificationem nostram formalem esse obedientiam Christi, ejusque justitiam nobis imputatam; sive in justificatione requiri quidem hanc imputationem justitiæ Christi nobis, sed formaliter justificationem nostram esse ipsam peccatorum remissionem per non imputationem etc.” et paulò post, “An verò justitia illa, per quam post justificationem justì dicimur, sit sola imputatio justitiæ Christi nobis, an verò sit aliquid inhærens, quod Deus nos justificando in nobis ponat, &c. an verò etiam justitia formaliter sit ipsa remissio peccati, hoc est, carentia illa injustitiæ, res est disputabilis, etc.” Hæc ille, plus æquo partibus dissentientibus placere studens. Atque hæc de imputatione justitiæ Christi.

justice, or what is the same thing, the forgiveness of sins, and labours to confirm this by many arguments.^a

The Remonstrants^b; “Is the obedience of Christ formally our justice? We allow that this is said by some, but we see not how it can be said consistently. For if the obedience of Christ be formally our justice, how is faith imputed to us for justice on account of the obedience or merit of Christ? It is absurd to say, that the obedience of Christ is formally imputed to us on account of the obedience of Christ as an initiative cause.”

See also Thomas Morton.^c

[10.] But, to pass over in silence other Protestants, the Archbishop of Spalatro,^d expounding the opinion of Protestants, or rather their diverse opinions, on this matter, writes thus; “The latter” (the Reformed, to wit) “hold that the obedience of Christ and His justice imputed to us is our formal justification, or that this imputation of Christ’s justice is indeed requisite to us in justification, but that our justification is formally the forgiveness of sins, by the non-imputation of them.” and a little after, “But whether the justice, by which after justification we are called just, be solely the imputation to us of the justice of Christ, or whether it be something inherent, which God by justifying puts in us, . . . or whether justice be formally the forgiveness of sins, *i. e.* that freedom from injustice, is a matter that may be disputed.” Thus he, too anxiously endeavouring to please the dissentient parties; and so far of the imputation of the justice of Christ.

CAPUT IV.

Quo disquiritur an justitia Dei nobis infusa et inhærens spectet ad formalem justificationis rationem.

10. * M. Borrhaus, sæpe nobis antea in hoc argumento laudatus;^c “In imputatione,” inquit, “quâ Christus credentibus adscribitur ac imputatur pro justitiâ, pariter et meritum sanguinis ejus, et Spiritus Sacer vi meritorum nobis donatus includitur; atque ita Christum tum à merito tum à satisfactione et impetratâ remissione peccatorum, et à dono Spiritûs justitiæ, nostram justitiam fatebimur esse. Atque hoc si facimus, in justificatione nostri totum Christum ad salutem nobis propositum, non unam aliquam ejus partem considerabimus, etc.” idem;^d “In justificatione igitur nostri Christus consideratur, qui in nobis spiret et vivat, nimirum per Spiritum suum à nobis indutus: de quo indumento Apostolus,^e ‘Christum induistis.’” Idem^f concilians diversas, si non adversas, Protestantium sententias hac de re, sic inquit; “Qui dicunt, nos justificari uno merito, satisfactione et obedientiâ Christi, sine respectu justitiæ in nobis inhærentis, hi in justificatione nostri Christum, quatenus à satisfactione pro culpâ nostra justitia est, considerant. Nam intelligunt, hac parte contra peccatum, mortem, infernum, et contra Authorem peccati et mortis, Satanam, in pugnâ ac luctâ condemnantis nos legis solùm se consistere posse. Porrò, cùm lex Dei requirat plenam obedientiam his verbis præceptam, ‘Ama Dominum Deum tuum toto corde tuo, et alterum ut teipsum;’ et illam obedientiam in nobis non reperit, damnandi nos sanè rebellionis jus haberet, nisi satisfactionis pretium quo nos redimeremur, et perfecta absolutaque justitia, quam ut nostram severo

^a de Justif., lib. 5, cap. 8, circa finem

[§ Rursum]

^b lib. 19, de Civit. Dei,

cap. 27,

[t. 7, p. 571.]

* [p. 78.]

^c loc. citat.

in Genes. pag. 162.

^d pag. 169.

^e [c. 3, ad Gal. v. 27]

^f p. 171.

state of nature now repaired, in which we cannot live without sins." All these are the words of Stapleton, who rejects this question as a merely scholastic one, and one not yet defined by the Church.^a S. Augustine^b expressly asserts, that "our justice in this life consists rather in the forgiveness of sins than in the perfection of virtues." Of which thing we shall hereafter treat.

10. M. Borrhaus, whom we have already often quoted in this discussion; ^c "In the imputation," he says, "by which Christ is reckoned and imputed for justice to believers, there is equally included the merit of His Blood, and the Holy Ghost given to us by the virtue of His merits. And thus we shall allow that Christ is our justice, as well from His merit, His satisfaction, and the forgiveness of our sins obtained by Him, as from the gift of the Spirit of justice. And if we do this, we shall consider in our justification the whole Christ proposed to us for salvation, not some one part of Him, &c." the same writer says; ^d "In our justification, therefore, Christ is considered, Who breathes and lives in us, viz., having been put on by us through His Spirit;" of which putting on the Apostle says, 'Ye have put on Christ.'^e the same writer,^f reconciling the diverse, if not adverse, opinions of Protestants on this matter thus writes; "They who say that we are justified only by the merit, satisfaction, and obedience of Christ without reference to justice inherent in us, they in our justification consider Christ in so far as He is our justice from having satisfied for our fault. For they know that it is by this part only," [that is, by the satisfaction made by Christ] "that they can withstand sin, death, hell, and the author of sin and death, Satan, in the fight and struggle with the law condemning us. Moreover, since the law of God requires the full obedience commanded in these words, 'Love the Lord thy God with all thy heart, and thy neighbour as thyself,' and finds not this obedience in us, it would certainly have the right of condemning us for rebellion, did there not occur a price of satisfaction, whereby we might be redeemed, and a perfect and complete justice, which we might interpose, as if our own

legis judicio objiceremus, occurreret. Hoc pretium, hæc justitia absoluta Christus est, etc.”

* pag. 172. “Haecenus,” inquit,^a “de eâ parte quâ per fidem, Christum nostram justitiam à merito, satisfactione et remissione peccatorum agnoscimus, quam Dei judicio contra legis accusationem et condemnationem objiciamus, meminimus. Hanc partem præcipuè tractant hi, qui justificationem definiunt, ‘nostri in gratiam Dei receptionem, per fidem meriti et obedientiæ Christi.’ At verò cum Christus non possit † nostra justitia à merito agnosci sine Spiritu Sancto, neque meritum ejus aliis prosit quàm iis qui fide illud apprehenderint, et hæc non solùm meritum, satisfactionem et obedientiam Christi, sed” et “hunc etiam eâ parte quâ nostra justitia est à donis vitæ et justitiæ communicatis respiciat, nos in justificatione nostri, non partem Christi, sed hunc totum, quatenus ex omni * parte nostra justitia est, tractare elaboramus, etc.” et paulò infra; “Ut igitur B. Paulus in justificatione nostri, cum ait, ‘Quos justificat, eos glorificabit,’^b comprehendit omnia quæ ad reconciliandos nos Deo Patri, et ad renovationem nostri aptam assequendæ gloriæ pertinent, ut sunt fides, justitia, Christus, et donum justitiæ à Christo exhibitum, quo regeneremur ad implendam justificationem quam lex requirit; ita etiam nos omnia in hac causâ, quæ [in] recuperatione justitiæ et innocentiae continentur, complecti volumus. Hæc autem cum traduntur, non nova, sed confessa omnibus, et veteribus et nostris sacrarum literarum professoribus, qui quidem verè et rectè docuerunt, traduntur: nisi fortassis quædam distinctiùs dicuntur à nobis, quam vulgò dicuntur in hoc justificationis negotio; sed in re ipsâ abesse dissensionem, nequaquam dubitamus. Etenim omnes in impiorum justificatione hæc comprehendi monent; Christum justitiam nostram; remissionem peccatorum morte illius nobis partam; Spiritum Sanctum vi imputatæ et

† [Ed. Forb. poterit.]

* [p. 79.]

^b [c. 8. ad Rom., v. 30.]

between us and the severe judgment of the law : this price, this perfect justice, is Christ, &c.” “ Thus far, ’ he says,^a “ we have made mention of that part wherein by faith we acknowledge Christ to be our justice, from His merit, His satisfaction, and the forgiveness of our sins, which we can interpose before God, between us and the law’s accusation and condemnation. This part chiefly is treated of by those who define justification to be our reception into the grace of God, through faith of the merit and obedience of Christ. But truly, since Christ could not be acknowledged to be our justice from His merit, without the Holy Ghost, nor His merit profit any but those who have apprehended it through faith, and this [*i. e.* faith] apprehends not only the merit, satisfaction, and obedience of Christ, but Himself, in that part also in which He is our justice from the gifts of life and justice communicated to us, we labour to discuss in our justification not a part of Christ, but Him entire, in so far as He is in every way our justice.” and, a little after ; “ As therefore the Blessed Paul, when he says, ‘ Whom He justifies them He will glorify, ’^b includes in our justification all things which pertain to the reconciling us to God the Father, and to our renewal, so as to be fitted for the attaining of glory, among which are faith, justice, Christ and the gift of justice bestowed by Christ, whereby we may be regenerated to fulfil the justification which the law requires ; so we also would wish to embrace in this definition all things which concur in the recovering of justice and innocence. But when these things are taught, nothing new is taught, but things allowed by all, both the Ancients and also by Protestant teachers of Holy Scripture, those at least who have taught truly and rightly ; unless, perhaps, we say some things more distinctly than is usual in this matter of justification ; but we do not question that in reality there is no difference : for all teach that in the justification of the sinner, these three things are comprehended : Christ our justice ; the forgiveness of sins acquired to us by His death ; the Holy Ghost given to us by the virtue of

ascriptæ justitiæ Christi nobis donatum; quo freti et peccatorum gratiam nobis fieri per fidem credamus, et renovationem nostri, Deum et proximum puro amore diligendo, meditemur, etc.” et infrà; “Sed dices, Charitatem quidem in justificatione non excludi, sed neminem illam pro justitiâ habere. Pro justitiâ quidem satisfaciēte et meriti, non habent, etc. sed pro justitiâ obedientiæ, merito sanguinis Jesu † natâ, quâ conformentur animi credentium divinæ voluntati, charitatem habendam illi concedunt, etc.” et infrà; “Hoc modo, in justificationis causâ, justitiâ Dei explicatâ, graves controversiæ componentur, dum alii merito Christi justificari nos sine respectu alterius rei; alii in nobis justitiam versari volunt, quam divinam naturam atque vim esse contendunt. Utrique rectè sentire intelligentur, si perpendatur quæ sit illa justitia quam fide ad justificandos nos amplectimur. Nam si in Christo nostrâ justitiâ, eam partem spectemus, quâ meruit morte suâ reconciliationem nostri cum Deo Patre; in eâ parte et eâ solâ, nullâ aliâ in re, justitiam meriti et satisfactionis pro peccato reponemus. Sin vero Christum nostram justitiam consideremus, quatenus nobis in justificatione nostri, suum Spiritum impertit, quo ad novam justitiam et vitam innovemur, planè justitiam, quæ non humana, sed divina vis sit, qualis est Spiritus Sanctus, nobis communicari, confirmabimus: Alteri * igitur, qui meritum spectant, Christum, quatenus est piacularis justitia et reconcilians nobis Deum, considerant: alteri verò, qui donatum Spiritum merito et beneficio mortis et resurrectionis Christi perpendunt, Christum justitiam esse intelligunt, quatenus nos reconciliatos Patri regenerat, et novos homines fingit atque format.” etⁿ justificationem sic definit: “Est gratuita imputatio justitiæ quâ nos Deus in filios adoptatos, per fidem à Spiritu Sancto sub Evangelii administrationem

† [Est. Fob. sanguinis Christi.]

* [p. 80.]

* pag. 180.

Christ's justice imputed and ascribed to us; trusting to which, let us believe that forgiveness of our sins is bestowed on us by faith, and let us forward our renewal by loving God and our neighbour with pure love, &c." and afterwards; "But you will say, 'that love indeed is not excluded in justification, yet no one accounts it for justice:' and indeed, it is not accounted for satisfying justice and the justice of merit, &c., but it is allowed that love is to be accounted for the justice of obedience springing from the merit of the Blood of Christ, by which [obedience] the minds of believers are conformed to the divine will, &c." and afterwards; "The justice of God being thus explained in the process of our justification, great controversies are set at rest, since some maintain that we are justified by the merit of Christ without reference to any thing else; others, that justice abides in us, which they contend to be the divine nature and power. Both will be seen to think aright, if it be considered what that justice is which we by faith embrace to justify us. For if in Christ, Who is our justice, we consider that part by which He by His death merited our reconciliation with God the Father, we shall place the justice of merit and satisfaction for sin in that part, and in that alone, and in no other thing; but if we consider Christ our justice in so far as He imparts to us in our justification His Spirit, whereby we are renewed to new justice and life, we certainly shall affirm that a justice is communicated to us, which is not a human but a divine power, such as is the Holy Ghost. The one party, therefore, who look at the merit, consider Christ in so far as He is an expiatory justice, and one who reconciles God to us; while the others, who weigh the gift of the Spirit by the merit and benefit of the death and resurrection of Christ, mean that Christ is justice in so far as He regenerates us when reconciled to the Father, and fashions and forms us to be new men." And ^a he thus defines justification: "It is the gratuitous imputation of justice, whereby God renders us—having been adopted into sonship by faith excited by the Holy Ghost under the ministration of the Gospel, our sins having been forgiven

excitatam, remissis sanguinis Jesu Christi beneficio peccatis, justos reddit ad cœlestis regni hæreditatem possidendam, etc.” “^a Forma,” inquit, “justificationis nostræ est, ipsa divina justitia, quâ justî et probi formamur: Hæc Christus Jesus est, qui partim à condonatione peccatorum, partim à renovatione et instauratione ad integritatem vitio primi Adami amissam, justitia nostra habetur, eo ut novo et cœlesti Adamo, à nobis induto; de quo Apostolus,^b ‘Christum induistis,’ Induistis, inquam, tanquam formam, hoc est, justitiam, sapientiam et vitam Dei, etc.” Eadem legere est apud illum in lib. 3. Regum c. 9 ad verba, ‘Et feceris omnia etc.’^c “Dicat,” inquit, “aliquis, ‘Si res ita habet, ergo et merito Christi, et condonatione peccatorum, et Spiritu Sancto dicimur justificari.’ Ita sanè; De merito enim et obedientiâ Christi legimus,^d etc. Demum autem, de Spiritu justificatore hæc legimus, ‘Sed justificati estis per nomen Domini Jesu, et per Spiritum Dei nostri.’^e etc.” Tot hujus Theologi in Academiâ Basiliensi quondam professoris celeberrimi^f dicta huc adscribere minimè piguit; nemo enim Protestantium disertius aut copiosius hanc sententiam adstruit et confirmat, licèt in multis aliis dogmatibus hodie controversis communi errore sæpè abripiatur cum aliis gregalibus suis.

11. Claudius Alberius Triuncurianus, Philosophiæ quondam professor in Academiâ Lausaniensi, et “in Aristotele,” ut de eo loquitur Zanchius,^g “optimè versatus,” sed nec in rebus etiam theologicis malè versatus, ut ex illius scriptis apparet, et idcirco Th. Bezæ et Abrah. Musculo Theologis in Colloquio Montisbelgardensi cum Theologis Lutheranis habito anno 1586 adjunctus, acerrimè defendit, sanctificationem sive renovationem nostri (quam ille insolenter qualitatem patibilem nuncupare solebat)

^a pag. 181.

^b [c. 3, ad Gal., v. 27.]

^c [in lib. 3. Regum c. 9, v. 4.]
[pa. 7. 6-1,
[m.]

^d [c. 5, ad Rom. v. 19.]

^e [1 ad Cor. c. 6, v. 11.]

^f Vide vitas Theologorum Germanorum, [qui superiore seculo ecclesiam Christi propagarunt] pag. 299, et seq

^g Epist. lib. 1, p. 346.

through the benefit of the Blood of Jesus Christ,—just to possess the heavenly kingdom, &c.” “The form,” he says,^a “of our justification is the divine justice itself, whereby we are formed to be just and honest. Jesus Christ is this [justice], Who, partly from the pardon of our sins, partly from our renewal and restoration to that perfectness which was lost through the sin of the first Adam, is accounted our justice, as being the new and heavenly Adam Whom we have put on; of Whom the Apostle says, ‘Ye have put on Christ,’^b ye have put on, I say, as a form, *i. e.* justice, wisdom, and life of God, &c.” The same things may be read in his commentary on the words, “And if thou wilt do according to all things, &c.”^c “Some one,” he says, “will say, ‘If the thing be thus, then we are said to be justified by the merit of Christ, and by the pardon of sins, and by the Holy Ghost.’ Even so; for we read concerning the merit and obedience of Christ,^d &c. but, lastly, we find these things concerning the Spirit as our justifier, ‘But ye have been justified through the name of the Lord Jesus, and through the Spirit of our God,’^e &c.” I have most willingly transcribed so much from this divine, who was formerly a very celebrated professor in the University of Basle,^f for no Protestant has more expressly or more copiously built up and confirmed this opinion, though in many other doctrines of those now-a-days controverted, he has often been carried away in a common error with the rest of his party.

11. Claude Aubery of Tonnerre, formerly Professor of Philosophy at the University of Lausanne, and “admirably versed in Aristotle,” as Zanchius^g testifies of him, but not ill versed in theological matters either, as appears from his writings, and who therefore was joined to Theodore Beza and Abraham Musculus, the theologians, in the Conference of Montbeliard, held with the Lutheran theologians A.D. 1586, most strenuously maintained that our sanctification or renewal (which he was wont to call by the unusual epithet of a patible quality) is the other

^a Vide Orat[iones] illius Apodicticus Lausannæ excus. A. 1587. Orat. 2. pag. 86, 87, et seq. * [p. 81.] ^b pag. 96, 97. ^c Vide Polanum in cap. 9. Danielis, pag. 185. ^d in Apologia pro justif. ex sola fide, etc. [Apologia pro justificatione per unius Christi viva fide apprehensi justitiam gratis imputatam adversus anonymi scriptoris tractatum, clam nuper ab Ant. quodam Lesca-lio editum.] ^e Vide Beza: Apol. [pro Justif. ex sola fide,] pag. 263, 264, etc. et Jacobi Coveti Apologiam de Jus- tif. pag. 141, etc.

^f Epist. 42 [?] ad Procopium [Ep. 130, olim 55, t. 2 p. 110, C.] [†] [ita Ed. 2^a; Ed. 1^{ma}, mederi, omnium hominum malis.] [‡] [ita W.] [§] Ed. 2^a; Ed. 1^{ma} hec- tati.

justificationis nostræ partem alteram esse,^a * errare tamen eos qui dicunt, justificationem esse causam, et quasi arborem, sanctificationem autem esse effectum et quasi fructum, contendit.^b Hic (quod obiter te monitum velim lector) ille Anonymus scriptor fuit,^c cujus tractatum hac ipsâ de re scriptum Beza^d refutare conatus est, sed quàm solidè id præstiterit, judicet lector eruditus et æquus. Damnata quidem fuit hæc Alberii atque aliorum quorundam ὁμοψήφων sc[ilicet] Jo. Bovii et Jo. Merulæ, verbi Ministrorum Lausannæ, sententia, sicut et aliæ quædam aliorum de Prædestinatione etiam verissimæ sententiæ, in Synodo quadam per Dominos Bernates, ex quibusdam Helveticarum Ecclesiarum, et tribus Genevensis Ecclesiæ, ex quibus Beza præcipuus fuit, Pastoribus, Bernæ collecta anno 1588, et theses de justificatione et sanctificatione ab illis perscriptæ, quibus dissentientes subscribere coacti fuerunt.^e Sed hoc mirandum non est. Nihil enim ferè aliud in plerisque utriusque partis Synodis hoc tristissimo sæculo coactis quæsitum et actum, quis non videat, qui oculos habet ad videndum, quàm ut veteres ac veriores sententiæ opprimerentur et damnarentur, et novæ ac recens in Ecclesiam invectæ (majori parte eorum qui Synodis istis interfuerunt, meliorem, ut plerumque evenit, vincente,) omni vi stabilirentur, et in Ecclesiâ ac Scholis solæ dominarentur? Ita ut veterem illam Gregorii Nazianzeni querimoniam de sui temporis Synodis,^f de plerisque, etiam omnibus, nostri sæculi Synodis renovare et repetere jure merito possimus. Sed Deus, in cujus solius manibus situm est Ecclesiæ suæ nunc afflictissimæ malis mederi, omnium hominum † cùm Ecclesiastici, tum politici ordinis, corda ad meliora quàm hactenus secuti sunt consilia flectat, ‡ et saniores nobis pro immensâ suâ clementiâ concedere dignetur Synodos, quàm quas miserrima hæc ætas magno suo malo vidit et experta

part of our justification,^a but contends,^b that those err who say that justification is the cause, and as it were the tree, while sanctification is the effect, and as it were the fruit. He (I may mention in passing) was the anonymous writer^c whose treatise on this subject Beza^d endeavoured to refute, but how solidly he has performed this the learned and candid reader may judge. This opinion, indeed, of Aubery and some others of the same opinion with him, viz., Jo. Bovius and Jo. Merula, ministers of the word at Lausanne, was condemned (along with some opinions of others about Predestination, which also were most true) in a Synod assembled at Berne, A.D. 1588, by the Lords of Berne, consisting of some pastors of the Helvetic churches, and three of that of Geneva, of whom Beza was the chief, and Theses about justification and sanctification were drawn up by them, to which the dissentients were compelled to subscribe.^e But this is not to be wondered at; for who that has eyes to see does not see, that in most of the synods assembled by either party in this most deplorable age, scarcely anything else is attempted or done than to oppress and condemn the older and truer opinions, and that (the majority of those who were present at these synods, overcoming, as generally happens, the better part,) those opinions that are new and recently introduced into the church should be established with all violence, and made to dominate exclusively in the church and the schools; so that that old complaint of S. Gregory Nazianzen^f of the Synods of his time, might with good reason be renewed and repeated of most or rather of all those of our age. But may God, Who Alone is able to cure the evils of His now most afflicted Church, bend the hearts of all men, as well of the Ecclesiastical as of the Political order, to better counsels than they have hitherto followed, and grant us, through His boundless mercy, sounder Synods than those which this most wretched age to its great loss has seen and experienced. In Him let us hope, even against

est. In illo speremus, etiam contra spem, ipse aliquando, Ecclesiæ suæ misertus, faciet.

^a Goudæ
Excus. 1613.

* [p. 52.]

12. Extat in fine Dialogorum Seb. Castellionis de prædestinatione, etc.^a tractatus cujusdam Anonymi, (sed revera Castellionis ipsius, ut ex præfatione constat,) * de Justificatione in quo fusè hæc eadem sententia probatur, et ad rationes quæ contrà opponi solent, licèt non semper satis solidè respondetur.

^b [Concordia concors Papæ-Calvinistica opposita concordie Lutheræ-Calvinisticæ J. A. Coppensteinii.] c. 7, p. 60.
^c in Epist. ad Principes Germaniæ [in comitiis Augustanis congregatis: Operum t. 2, p. 547, facie altera.]
^d in Exeg. [esi perspicua et ferme integra controvesiæ de sacra cæna.] pag. 36, 37.
^e [Ep. Melancthi. justitia.]
^f [Ep. Melancthi. ad Elect. Sax. § Quarto: Apud Hispanian. Hist. Sacrament. t. 2, p. 80. verso.]

13. Joh[annes] Himmelius Theologus Lutheranus ineptus, in ineptâ illâ suâ farragine, quam Calvino-papismum inscripsit,^b hæc citat verba Zuinglii;^c “Sanctificatio spiritûs est vera sanctificatio, quæ sola ad justificationem sufficiat.” et hæc Joachimi Curæi;^d “Sumus justi primùm imputatione propter obedientiam Filii” Dei “derivantis in se pœnam pro peccatis generis humani: . . . sed altera pars justificationis est sanctificatio.” Nominat etiam Philippum Melancthonem, qui in narratione Colloquii Marburg. anno 1529 habiti, recitat de Zuinglio et ejus sociis, quod “incommodè loquuti fuerint et scripserint de hominis justificatione coram Deo; et doctrinam de fide non satis inculcârunt; sed ita de justificatione docuerint, quasi sanctificatio et bona opera, quæ fidem sequuntur, sint justificatio † hominis.”^e Sed sive bonâ sive malâ fide hæc recitat ille, illius certè judicio nihil omnino tribuendum est, qui hominum doctorum et piorum sententiam, Scripturis et Patrum doctrinæ maximè consentaneam, erroris, immò, ut putat ille, Papisiticæ hæreseos accusare et damnare haud veretur. Sed hic solennis est multorum contentiosorum hujus sæculi Scriptorum mos, multa quæ ipsimet nunquam ritè expenderunt, aut à præceptoribus suis non acceperunt, confestim ut falsa, immò et impia, damnare in viris etiam doctissimis et optimis, quos sæpiuseculè à rigidis et pertinacibus Zelotis dissentire ipsa cogit veritas. Homine enim imperito nunquam quicquam injustius.

hope, He will at length have mercy on His Church, and will do it.

12. At the end of Sebastian Castellio's Dialogues on predestination, &c.,^a there is an anonymous treatise (but in truth it is by Castellio himself, as appears from the preface) of justification, in which this same opinion is proved at much length, and the reasons which are wont to be urged against it are answered, though not always very solidly.

13. John Himmel, a silly Lutheran divine, in that silly farrago of his which he has called *Calvino-Papismus*,^b cites these words of Zuinglius; ^c "The sanctification of the spirit is true sanctification, [without external sanctification (provided it is not contemned)], which alone suffices to justification." and these of Joachim Curæus; ^d "We are just in the first place by imputation on account of the obedience of the Son" of God, "Who transfers on Himself the punishment of the human race for their sins; . . . but the other part of justification is sanctification." He also names Philip Melancthon, who in the narration of the Conference held at Marpurg, A.D. 1529, says of Zuinglius and his followers, that "they had spoken and written incorrectly of man's justification before God, and had not enough enforced the doctrine of faith; but had so taught concerning justification as if" sanctification and the good "works which follow faith are the justice of man."^e But whether he [Himmel] recites these things with good or with bad faith, certainly no weight whatever is to be attached to his opinion who is not afraid to accuse and condemn as error, nay, as he thinks, as popish heresy, an opinion which is held by learned and pious men, and which is altogether agreeable to Scripture and the teaching of the Fathers. But this is the wonted mode of many contentious writers of this age, to condemn straightway as false, nay as impious, many things which they themselves have never rightly examined, or have not received from their teachers, in men even the most learned and the most holy, whom very often truth itself forces to dissent from rigid and pertinacious zealots; for never is there anything more unjust than an ignorant man.

* in Append. ad lib. 3. de Ecclesia [On the Church] Edit. ult. [3⁴⁴] a[unno] 1628 cap. 11 de justif. [‘Of Justification’] pag. 290, 291. † [Fieldus habet et.] • [p. 83.] ^b Vide notam ad oram pag. 291. ^c in fine cap. illius, [p. 324.] ^d [A gag for a new Gospel? No: a new gag for an old goose . . . or an answer to a late abridger of contro-versies.] in Art. 18. de justificatione per solam fidem, etc. [That only faith justifieth, &c.] ^e Vide pag. 141 et 143. ^f pag. 172 et seq. ^g in Explan. Fidei Orthodox. [The Orthodox faith and way to the Church explained and justified] pag. 8 et 9. ^h de Rep. Eccles. lib. 7, cap. 11, n. 217, etc. [-218.] ⁱ ut Augustini de Gratia Christi contra Pelag. cap. 47. [§ 52 Si ut dixi consenserit t. 10, p. 251. B.] de Spir. et Lit. cap. 9. [§ 15 Hanc ignorant; Sicut autem p. 92. E. G., cap. 11. (note 12) § 18. Quo ideo justitia Dei p. 94. G.] et Epistola 85. ad Consentium. [nunc Ep. 120. § 19, Sicut autem hanc cum]

14. Fieldus Anglus, magni nominis inter suos Theol[ogus],^a disertè affirmat, ‘ In primâ justificatione peccatoris, præter remissionem peccatorum præteritorum, et receptionem in Dei gratiam, etiam includi donationem Spiritûs Sancti, seu † sanctificantis et renovantis gratiæ, quâ apti seu habiles ad peccata in posterum vitanda, et opera justitiæ præstanda reddimur;’ atque hac de re inter omnes utriusque partis Theologos convenire, etiam ad Colloquium Ratisbonense anno 1541 (de quo supra dictum) provocat. Hoc etiam, et non alio sensu intelligendum, quod Protestantes communiter urgent, verbum justificandi * in negotio justificationis nostræ coram Deo, esse verbum forense.^b Idem etiam ^c asserit, ‘ nos formaliter justificari per remissionem peccatorum, gratiosam Dei acceptationem, et donationem justitiæ’ inhærentis.

15. R. Montacutius in libro quem contra quendam Romanensem, controversiarum hodiernarum abbreviatorem, edidit anno 1624,^d affirmavit, justificationem peccatoris “ primario in peccatorum remissione, et secundo in gratiæ infusione positam esse.”^e Idem tamen in libro contra Puritanos edito anno 1625 et inscripto, Appello Cæsarem, propter illorum clamores, de justificatione tantùm latè, non autem strictè acceptâ, hoc sese intellexisse asseverat; ^f Sed quàm constanter viderit ipse.

Vide etiam Franciscum Whitæum.^g

16. Archiepiscopus Spalatensis ^h asserit, “ tum Scripturas, tum Patres docere, utroque modo justitiam dari, se[ilicet] tum imputativè, tum inhæsi-vè, et utroque modo peccata nostra aboleri, et per ipsorum tectio-nem, seu non imputationem, etc.” quod volunt Protestantes communiter (ubi tamen nota, dicta quædam Patrum ⁱ perperam ab illo videri intelligi de imputatione justitiæ Christi nobis per modum causæ formalis: quasi

14. Field, an English divine of great name among his countrymen,^a expressly affirms that ‘in the first justification of the sinner, besides the remission of sins past, and the acceptation into the favour of God, there is also included the grant of the gift of the Holy Spirit, or † of sanctifying and renewing grace, whereby we may be framed to the declining of sin and the doing of the works of righteousness :’ and he appeals to the Conference of Ratisbon, A.D. 1541, (of which we have spoken above) to show that on this subject all the divines of both sides are agreed. And also [he asserts] that in this sense and in no other are we to understand what Protestants commonly urge [viz.] that the word ‘to justify’ in the affair of our justification before God, is a forensic word.^b He also ^c asserts that ‘we are formally justified by the remission of sins, the gracious acceptation of God, and the grant of the gift of” inherent “righteousness.”

15. Richard Montague, in the book which he published against a Romanist abridger of modern controversies A.D. 1624,^d has affirmed, that the justification of the sinner “ consisteth in forgiveness of sins primarily and grace infused secondarily.”^e The same divine, however, in his book against the Puritans, published A.D. 1625, and entitled *Appello Cæsarem*, asserts, in consequence of their clamours, that he had meant this of justification only when taken in a wide sense, but not when taken strictly.^f But how consistently, let him look to it himself.

See also Francis White.^g

16. The Archbishop of Spalatro^h asserts, that “ both Scriptures and the Fathers teach, that justice is given in both ways, viz., both imputatively and inheresively; and that our sins are abolished in both ways, [viz.] both by the covering or non-imputation of them,” as the Protestants in general hold (where, however, note, that some passages of the Fathersⁱ seem to be wrongly understood by him, of the imputation of Christ’s justice to us in the way of the formal cause; as if that justice were, so to speak,

nobis illa sit veluti commodata à Christo, ut illâ tanquam veste induti placeamus Deo Patri: neque enim unquam S. Augustinus imputationem justitiæ Christi nobis hunc in modum intellexit, etc.) “atque etiam per veram deletionem,” seu “emundationem et dilutionem maculæ” peccati, “ita ut nihil ipsius in animâ maneat;”^a proinde utrique parti missis illis “quæ,” ut loquitur ille, “sunt pura quædam Metaphysicalia, ad salutem nihil necessaria,”^b studium pacis vehementer suadet et commendat. Quædam maximè probamus, quædam minus.

^a [§ 221.]

^b [§ 222.]

^c in Consult.
art. 4.
pag. 917.
[§ Hæc de
fide qua.]

^{*} [p. 84.]

^d [p. 917.]

^e [p. 917.]

17. G. Cassander; ^c “De ipsâ,” inquit, “justitiâ, quâ justificamur, magna hætenus certamina extiterunt: Aliis in solâ Christi justitiâ nobis imputatâ, Aliis in justitiâ novæ vitæ nobis communicatâ, justificationis * formam ponentibus; etiam postea à doctissimis viris observatum sit, ex Apostolicâ doctrinâ et Patrum traditione, utramque justitiam in justificationis ratione conjungi debere, etc.” et paulo post, multò explicatius; ^d “Verùm hîc rursus necesse est, ut ii qui Protestantes vocantur reliquis Catholicis in eo consentiant, qui dicunt, hanc justificationem, seu justitiam, quâ justificamur, non in solâ remissione peccatorum, sed etiam in renovatione interiore hominis esse positam, etc.” quæ lege apud Authorem ipsum, et veritatis et concordie Ecclesiasticæ amantissimum: ubi etiam vide quomodo vir hic eruditissimus (ut hoc obiter dicam) intelligat juxta Scripturas et Patres, Christi justitiam nobis imputari; “Et quidem,” inquit, ^e “de justitiâ, id est, merito et satisfactione Christi, nobis imputatâ, hoc est, nobis ac si propria esset attributa, Scripture satis apertè loquuntur; per eam enim justitiam, id est, meritum et intercessionem sanguinis Christi, peccata nobis remittuntur, id est, non imputantur, etc.” Vide sequentia, “Et hoc quidem extra controversiam est etc.” Hoc observatum volo, propter nuperum

lent to us by Christ, in order that being clothed with it as with a garment we might please God the Father; for S. Augustine has never understood the imputation of Christ's justice to us after this manner,) "and also by true blotting out," or "purifying and washing out of the stain" of sin, "so that nothing of it remain in the soul."^a Therefore to both parties he very much exhorts and recommends the endeavour of peace, those things being put aside "which," as he says, "are purely metaphysical, in no ways necessary to salvation."^b Some of these remarks we very much approve of, some less.

17. G. Cassander;^c "Concerning the justice itself by which we are justified," he says, "there have hitherto arisen great controversies; some placing the form of justification solely in the justice of Christ imputed to us, others in the justice of the new life, which [justice] is communicated to us; even since it has been observed by very learned men, from the Apostolic teaching and the tradition of the Fathers, that both kinds of justice ought to be joined in the essence of justification." and a little after, having explained it in many words;^d "But here again it is necessary, that those who are called Protestants agree in this with the other Catholics, who say that this justification, or justice, by which we are justified, does not consist solely in the forgiveness of sins, but also in the inner renewal of the man, &c." read what follows in the Author himself, a man most wishful both for truth and for the peace of the Church: where see also how this most learned man (to say this in passing) understands, agreeably to Scripture and the Fathers, that Christ's justice is imputed to us; "And truly," he says,^e "the Scriptures speak openly enough of the justice (*i. e.* the merit and satisfaction of Christ) imputed to us (that is, attributed to us as if it were our own), for by that justice (*i. e.* the merit and intercession of the blood of Christ) our sins are forgiven (*i. e.* are not imputed) &c." See what follows, "And this indeed is incontrovertible, &c." This I wish to be observed on

quendam Scriptorem, qui inter alios Romanenses existimantes, justitiam Christi per modum etiam causæ formalis nostræ justificationis nobis impu-
tari, Cassandrum etiam recenset, hoc loco citato. Sed manum de tabulâ.

CAPUT VI.

*Quo objectionibus quibusdam occurritur; et hæc
disquisitio concluditur.*

^a can. 7.

* [p. 85.]

^b de [divina]
Gratia l. 7.
cap. 11.
n. 24.

1. QUOD objicitur, juxta hanc sententiam duas formales justificationis nostræ causas statui, quod absurdum videtur: Respondemus solidè (missis vanis Bellarmini aliorumque Romanensium effugiis ad Concilii Tridentini,^a unicam tantùm esse causam formalem justificationis nostræ, justitiam scilicet nobis infusam, falsò, neque etiam constanter satis pronunciantis, authoritatem statuminandam et sartam tectam conservandam excogitatis;) respondemus, inquam, justificationem esse ens unum aggregatione et ex duobus compositum, * quæ necessariâ conjunctione et coordinatione unum tantùm sunt; proinde nihil esse absurdi, si in rebus etiam diversis illius essentiam constituamus. Suarez, Jesuita non ignobilis, multum sudans et miserè sese torquens in explicandâ et defendendâ unicâ illâ à Concilio Tridentino causâ formali justificationis definitâ;^b “Ad primum inconveniens,” inquit, “concedo, intervenire in justificatione impii duos effectus gratiæ quasi partiales; unum positivum et alium privativum, etc. ex utroque autem coalescit integra justitia et sanctitas, à quâ homo habet, ut sit et nominetur simpliciter justus et sanctus. Neque est inconveniens, in unâ justificatione includi plures gratias quasi partiales, cùm ipsa justitia integra in quadam collectione consistat; et quot sunt virtutes, ex quibus con-surgit, tot sunt gratiæ positivæ partiales. etc.”

account of a recent writer who, among other Romanists, who think that Christ's justice is imputed to us in the way of even the formal cause of our justification, reckons Cassander also, citing this very passage. But let us conclude.

CHAP. VI.

Some objections are obviated, and this enquiry finished.

1. **A**S to what is objected, that, according to this opinion, there are two formal causes of our justification, which seems absurd: we justly answer—having set aside the vain evasions of Bellarmine and other Romanists, devised to maintain and preserve inviolate the authority of the Council of Trent, which has falsely and even inconsistently declared,^a that there is but one formal cause of our justification, viz., the justice infused into us—we answer, I say, that justification is an entity, one by aggregation, and compounded of two, which by necessary conjunction and co-ordination are one only: wherefore that there is nothing absurd if we place its essence in things even diverse. Suarez, an illustrious Jesuit, labouring much and miserably twisting himself in explaining and defending the definition of the Council of Trent, that there is but one formal cause of justification, says,^b “As to the first objection, I grant that there intervene in the justification of the sinner two, so to speak, partial effects of grace, one positive and the other privative, &c, but from both there coalesces that complete justice and holiness from which a man has it that he is and is called simply just and holy. Nor is it an objection that in one justification several, as it were, partial graces are included, since the complete justice consists in a certain assemblage; and there are as many positive partial graces as there are virtues from which it springs.” These words

Verba hæc multò meliùs responsioni nostræ firmandæ accommodari possunt.

Sed multi, etiam rigidiores Protestantes, duas statuunt justificationis nostræ partes, (ac proinde causam justificationis formalem duplicem,) remissionem peccatorum et justitiæ Christi imputationem; et diversos his partibus effectus attribuant; ut ex illorum scriptis constat. Vide Bezam, Zanchium, Polanum, Synopsin purioris Theologiæ^a aliosque plurimos.

Protestantes alii, qui remissionem peccatorum et imputationem justitiæ, immò imputationem etiam justitiæ Christi, id est, quam Christus suâ obedientiâ nobis acquisivit, (nam de imputatione justitiæ Christi, An scilicet et quatenus admitenda sit, inter Protestantes ipsos contenditur, ut suprâ hac de re diximus: vide præter alios tunc citatos Vorstium;^b ubi “Licèt,” inquit, “alii imputationem justitiæ Christi, hoc est, morte et passione Christi comparatæ, ab hac peccatorum remissione, tanquam rem diversam, interdum distinguant, tamen plerique doctiores” (Evangelici) “id non faciunt; et qui faciunt, impropriè loquuntur, quatenus unâ cum formali causâ, proximam efficientem, seu meritoriam, conjungunt.^c”) non re sed tantùm τῶ λόγῳ differre existimant, ratione scilicet terminorum à quo et ad quem, ut Chamierus,^d Paræus,^e Vorstius, Joh. Gerardus,^f aliique plurimi, licèt in illis hoc argumentum retorqueri non potest,† ut in alios; falsò tamen * justificationem solâ peccatorum remissione seu imputatione justitiæ, definiunt, sicut abundè demonstratum est.

Fides justificans juxta plerorumque Protestantium sententiam, notitiam et assensum in intellectu, et simul fiduciam in voluntate includit; unde eam non esse habitum unum numero simplicem absolutè, sed aggregatione tantùm, confiteri coguntur. Vide præter alios Synopsin purioris Theologiæ.^g

^a Disp. [33.] de Justif., pag. 436, thes. 8.

^b Antibel-larm. [in] tom. 4. [Bel-larm.] pag. 608.

^c Vide etiam pag. 611, etc.

^d [Panstratia Catholica.] de Justif. lib. 21, cap. 15, n. 21.

^e [c. Bell. de Justif. l. 2, c. 2, § Quod reget in Calvinum, p. 387.]

^f [L[oc.]

Theol. tom. 3, de Justif. [§ 197-199.] pag. 1415, 1416. [p. 678-680]

† [Ed. 2^a possit]

* [p. 86.]

^g Disp. [31.] de Fide, thes. 16.

might much better be accommodated to strengthen our answer.

But many even of the more rigid Protestants hold that there are two parts of our justification (and therefore a double formal cause of justification), forgiveness of sins and the imputation of the justice of Christ; and attribute different effects to these parts; as is known from their writings: see Beza, Zanchius, Polanus, the *Synopsis purioris theologiæ*,^a and many others.

Other Protestants, who think that forgiveness of sins and the imputation of justice,—nay, the imputation even of the justice of Christ, *i. e.* of that which Christ has acquired for us by His obedience (for, as we have said above on this subject, there is a contention among Protestants themselves about the imputation of Christ's justice, *viz.*, whether it is to be admitted, and how far; see, besides the others then quoted, Vorstius,^b where he says, “Although some sometimes distinguish the imputation of Christ's justice, *i. e.* of that which is acquired to us by Christ's death and passion, from this forgiveness of sins, as a diverse thing, yet the greater part of those” Protestants “who are learned do not do so; and those who do, speak improperly, inasmuch as they conjoin along with the formal cause the immediate efficient or meritorious cause.”^c)—differ not in reality but only in name, *viz.*, as expressing the terminuses *from which* and *to which*, as Chamier,^d Paræus,^e Vorstius, John Gerhard,^f and many others; although this argument cannot be retorted on them as on the others, yet, as we have abundantly shown, they falsely define justification by the mere forgiveness of sins or imputation of justice.

Justifying faith, according to the opinion of most Protestants, includes knowledge and assent in the intellect, and at the same time trust in the will; whence they are forced to allow that it is a habit, not one in number and absolutely simple, but only one by aggregation: see besides others the *Synopsis purioris theologiæ*.^g

Formam peccati originalis Protestantes per multi, (ut de Romanensibus nihil dicam,) constituunt in imputatione primi peccati Adami, et in justitiæ originalis carentiâ, atque etiam in positivâ quadam pravâ inclinatione vel proclivitate ad omne malum; quæ tria multùm inter se differunt.

Formalem rationem sacramenti Protestantes omnes doctiores cum Romanensibus constituunt non solùm in significando, sed etiam in sanctificando, instrumentaliter scilicet: at significare et sanctificare res sunt diversorum prædicamentorum; illa Relationis, hæc Actionis.

Protestantes, qui communiter Christum secundùm utramque naturam Mediatorem esse contendunt, consequenter docent et docere coguntur, formalem rationem Mediationis illius non tantùm in merendo, sed etiam in donando Spiritum Sanctum etc. positam esse; quæ tamen actiones sunt toto genere differentes, sed necessariò juxta illorum sententiam conjunctæ ad munus Mediatorium perficiendum.

2. Quod objicitur, Scripturam justificationem à sanctificatione aliquando distinguere: ^a Resp[on-
deo] 1. cum A. Vegâ,^b An propter unum aut alterum locum in quibus justificatio à sanctificatione distinguitur, contra communem Scripturæ sensum omnibus ferè in locis, et Patrum consensum, verbum et rationem totam justificationis ad solam peccatorum remissionem restringere æquum est? 2. Sed singulos, age, qui objiciuntur, locos paucis excutiamus.

Rom. 6. 22. “Nunc autem liberati à peccato, servi autem facti Deo;” hæc, inquit, est justificatio nostra; “habetis fructum vestrum in sanctificationem;” hæc sanctificatio nostra est, dicente Apostolo justificationis fructus. Sic vir quidam alioqui doctissimus, locum hunc Apostoli intelligit tractatu quodam de justificatione; sic et cum illo alii: Sed næ omnes hi malè locum

^a Rom. 6. 22.
1 Cor. 1. 30,
et rursus
c. 6, v. 11.
Apocal. ult.
[c. 22.]
vers. 11.
^b de justif.,
lib. 15,
cap. 5.
[p. 683.
§Cur autem
vis.]

Very many Protestants, to say nothing of Romanists, make the form of original sin to consist in the imputation of the first sin of Adam, and in the being destitute of original justice and in a certain positive depraved inclination or tendency to all evil: which three things differ much from each other.

The formal cause of a sacrament all the more learned Protestants, along with Romanists, place not only in signifying, but also in sanctifying, viz. instrumentally; but to signify and to sanctify are things of different predicates; the former of relation, the latter of action.

Protestants who in general hold that Christ was Mediator as to both of His natures, consequently teach and are forced to teach, that the formal cause of His mediation is placed not only in meriting for us, but also in giving the Holy Ghost, &c., which, however, are actions differing altogether in kind, but which, according to their opinion, must necessarily be conjoined to the perfecting of His Mediatorial office.

2. As to what is objected, that Scripture sometimes distinguishes justification from sanctification,^a I answer, 1. with A. Vega,^b Is it just to confine the word and whole essence of justification to the forgiveness of sins alone, on account of one or two passages where justification is distinguished from sanctification, contrary to the whole tenour of Scripture in almost all places, and to the unvarying teaching of the Fathers? 2. But, come, let us in few words sift each of the passages which are brought against us.

Rom. c. 6, v. 22, "But now being freed from sin and become the servants of God;" this they say is our justification: "Ye have your fruit unto sanctification;" this, they say, is our sanctification, the Apostle calling it the fruit of justification. Thus a certain man, in other respects most learned, interprets this passage of the Apostle in a certain treatise on justification; thus others also with him. But truly they

intelligunt: Nam liberatio à peccato hoc loco non significat liberationem à solo peccati reatu, in quâ illi totam justificationis rationem constituunt; * sed liberationem etiam à dominio peccati, cui Romani antea serviebant; (sicut clarissimè patet ex versibus præcedentibus 19. et 20. et verbis immediatè sequentibus, “servi autem facti Deo,”^a seu, “mancipati Deo,” vel, ut prius dixit, “servi facti justitiæ^b ;”) Et, “Habetis fructum vestrum in sanctificationem,” Hebraismus est, id est, ipsam sanctificationem sive sanctimoniam, vitæque munditiam, ejusque continuationem et incrementum, velut fructum ex illâ servitute Dei et justitiæ, capitis seu habetis.

* [p. 87.]

[v. 22.]

[v. 13.]

Ad 1. Cor. 1. vers. 30. ubi “Christus” dicitur esse “nobis factus à Deo, etc. et justitia et sanctificatio:” Resp[ondemus], Apostolum vel rem eandem diversis ibi justitiæ et sanctificationis verbis significare (quod S[acri] scriptores sæpe sine tautologiâ facere consueverunt, ut neminem latet) ad rem ipsam plenius et disertius exprimendam: Vel, si distinctæ significantur res, quemadmodum quidam veteres (ut recentiorum interpretationes silentio præteream) intelligunt justitiæ nomine remissionem peccatorum, et per sanctificationem id quod communiter sic appellatur, (ut fortè Chrysostomus,^c neque enim ille satis plenè et clarè hanc in sententiam loquitur; Theodoretum certè, sectatoris magni Chrysostomi,^d et Theophylacti,^e Chrysostomi abbreviatoris, et Œcumenii^f verba non sunt satis expressa; Bernardi expressissima:^g) illud tamen tantùm inde colligi potest, hoc loco justitiæ verbo non totum justificationis nostræ beneficium intelligi, sed nomen totius, præcipuæ ejusdem parti, alterâ non exclusâ sed disertè expressâ, κατ’ ἐξοχήν tribui; quod non rarò aliis etiam in rebus in Scripturâ fieri solet.

^c [in loc. II. 5, § 3 t. 10, p. 36 D.]

^d in locum, [t. 3 p. 174.]

^e [in locum.]

^f [in locum.]

^g Serm. 22 in Cantica [t. 6, vol. 1, p. 1336 C.] et sæpe repetita.

Ad locum tertium, 1. Cor. 6. 11. Respondeamus, vel ut suprâ, rem eandem diversis ablutio-

all misinterpret the passage : for the being freed from sin in this passage does not mean merely the being freed from the liability to punishment for sin, in which they put the whole essence of justification, but also the being freed from the dominion of sin, to which the Romans were formerly servants ; (as most clearly appears from the preceding verses, 19 and 20, and the words immediately following, “ But having become servants of God,”^a or, “ bondmen of God,” or, as he before^b said, “ having become servants to justice ;”) and the words, “ Ye have your fruit unto sanctification,” contain a Hebraism, *i. e.*, as the fruit of that servitude to God and to justice ye receive or have sanctification itself (or sanctity and purity of life) and its continuation and increase.

To 1 Cor, c. 1, v. 30, where Christ is said to be “ made to us by God . . . justice and sanctification,” I answer ; that the Apostle there either signifies the same thing by the different words of justice and sanctification, in order to express the thing itself more fully and clearly, which the sacred writers, as every one knows, are wont often to do without any tautology : or, if distinct things are signified, as some of the ancients hold (to pass over in silence the interpretations of moderns) understanding by the word justice, forgiveness of sins, and by sanctification that which is commonly so called—as S. Chrysostom^c perhaps, for neither does he fully and clearly support this interpretation ; certainly the words of Theodoret,^d the great follower of S. Chrysostom, of Theophylact,^e the abbreviator of S. Chrysostom, and of Œcumenius,^f are not express : those of S. Bernard^g are quite express—yet this only can thence be gathered, that in this passage by the word ‘justice’ we are not to understand the whole benefit of our justification, but that the name of the whole is attributed *κατ’ ἐξοχήν* to its principal part, the other being not excluded but expressly mentioned ; which is not unfrequently done by Scripture in other matters also.

To the third passage, 1 Cor. c. 6, v. 11, I answer, either as above, that the same thing is signified and ex-

nis, sanctificationis, et justificationis verbis ad majorem emphasin et beneficii per Christum accepti amplificationem significari et efferri; quemadmodum et suprâ^a ex ipsis Protestantibus, Zanchio et Bullingero, observavimus: Vel, si distinguenda sunt ista, distinctionem tantum † partium et totius admittendam esse; ut sensus sit, ‘Abluti estis,’ id est, ab his omnibus vitiorum sordibus abluti atque mundati estis baptismo, per quem omnia vobis peccata remissa sunt; ‘At ne,’ inquit Estius,^b ‘in solâ ablutione, id est, peccatorum remissione consistere putaretur justitia Christiana, addit alterum gradum’ vel partem, ‘‘Sed sanctificati estis,’ id est, puritatem consequuti, ita ut jam verè et coram Deo sancti sitis;’ denique * summam beneficii accepti uno verbo quod utramque includit partem exprimendo, † ‘Sed justificati estis;’ et subjungit Apostolus, ‘In nomine Domini nostri^c Jesu Christi,’ id est, per meritum ejus, ‘et in Spiritu Dei nostri,’ id est, [virtute †] Spiritûs Sancti à Deo nostro procedentis et nobis per Christum communicati.

Ad locum Apocalypseos 22. 11. Resp[ondemus], ‘‘Qui justus est,’’ non significare, qui per remissionem peccatorum tantum justificatus est, sed, ‘‘qui nemini nocet, sed unicuique reddit quod suum est,’’ ut rectè notat^d Fr. Ribera; ‘Justificetur adhuc,’ id est, sic † agendo pergat et proficiat; ‘et qui sanctus est,’ id est, purus et sine sordibus, ‘sanctificetur adhuc,’ id est, sic pergat, etc. Nam Apostolus hoc loco justum opponit τῶ ἀδικοῦντι, id est, ei qui injustè agit, vel alterum injuriâ afficit, et sanctum τῶ ῥυπῶντι, id est, sordescenti, vel qui in sordibus est, nulli scilicet nisi sibi ipsi nocens; ut clarissimè patet ex textu, et ut, præter Riberam aliosque multos, agnoscit Piscator: ^e ita ut turpiter erret Paræus quando^f inquit, ‘‘‘Qui justus est justificetur adhuc,’ id est, in justificatione † fidei perseveret: de infusione enim vel de incremento habitualis jus-

^a [l. 2.]
cap. 4, n. 7.

† [Ed. 1^{ma}
tantam.]

^b in locum.

* [p. 88.]

† [forte exprimens.]

^c [ita Latinus interpretes.]

† [ita Ed. 2^a.]

^d in locum.

† [Edd. hic]

^e in locum.

[p. 825,
col. 2.]

^f lib. 2, de
Justificatione contra
Bellarm.

cap. 3 [§ Denique locus]
pag. 398, 399.

† [Edd. Forb.
justitii.]

pressed by the divers words of washing, sanctification, and justification, for greater emphasis and to magnify the benefit received through Christ; as we have above^a observed from Protestants themselves, Zanchius and Bullinger: or, if these are to be distinguished, that a distinction of the parts and the whole is alone to be admitted, so that the meaning may be, ‘ye have been washed,’ *i. e.* from all these defilements of sins ye have been washed and cleansed in Baptism, by which all your sins have been forgiven; “But lest,” says Estius,^b “Christian justice should be thought to consist in washing merely, *i. e.*, in forgiveness of sins, he adds the other degree” or part, “‘but ye have been sanctified, *i. e.*, ye have obtained purity, so as to be now truly and before God holy:” lastly, expressing the sum of the benefit received in one word which includes both parts, the Apostle adds, ‘But ye have been justified’; and subjoins, “in the name of our^c Lord Jesus Christ;” *i. e.*, through His merit, “and in the Spirit of our God,” *i. e.* the Holy Ghost proceeding from our God, and communicated to us through Christ.

To Rev. c. 22, v. 11, I answer: ‘He that is just’ does not mean him who is justified by forgiveness of sins merely, but him “who hurts no one, but renders to every one his due,” as Francis Ribera^d rightly remarks; “let him be still more justified,” *i. e.*, let him by thus acting go on and advance; “and he that is holy,” *i. e.*, pure and without pollutions, “let him be sanctified still more,” *i. e.*, let him so proceed. For the Apostle here opposes “him that is just” to τῶ ἀδικοῦντι, which means, ‘him who acts unjustly,’ or who injures another; and ‘him that is holy’ to τῶ ῥυπαρῶντι, which means, ‘him who is defiled,’ or who is in pollutions, *i. e.*, hurting no one save himself; as is most evident from the text, and as (besides Ribera and many others) Piscator^e acknowledges: so that Paræus shamefully errs when he says,^f “‘He that is just, let him be justified still more,’ *i. e.*, let him persevere in the justification of faith; for it cannot be understood of the infusion or the increase of habitual justice without a manifest

titiae non potest intelligi sine manifestâ *ταυτολογία* membri sequentis, ‘Qui sanctus est, sanctificetur adhuc.’ etc.” hæc ille, sed malè.

3. Quod ex cap. 4. ad Romanos [v. 6–8.] frequentissimè objicitur, Apostolum ex Davide justificationem, seu *τὸν μακαρισμὸν*, id est, beatitudinem, vel beatificationem peccatoris, in solâ remissione peccatorum collocare: Næ illud magni momenti non est. Nam et illi Protestantes qui justificationem non solâ peccatorum remissione, sed etiam imputatione justitiæ Christi constare contendunt, negant, verbis his quæ Apostolus ex Davide [citât], totam justificationis rationem plenè exprimi. Beza;^a “Qu[æst.] Atqui David collocat beatificationem in peccatorum remissione; Cur igitur adjicis etiam Christi imputationis legis imputationem? R[espons.] Quid si tibi,” inquit, “objiciam illa, ‘Beati qui sunt mundo corde,’ ‘Beati qui sunt inculpati in viâ,’ et cætera ejusmodi, An hinc colligeris excludi peccatorum remissionem? Nequaquam opinor. Sic interdum nomine justificationis * intelligitur etiam sanctificatio; quoniam hæc duo prorsus cohærent. Quidni igitur illud quoque responderim, unius peccatorum remissionis interdum mentionem fieri, non ut excludantur aliæ beatificationis partes, sed quòd tacitè cum illâ comprehendantur? etc.” sic ille. Videatur et Synopsis Theol. purioris.^b

Sic et nos respondemus, non sequi ex verbis Davidis ab Apostolo citatis, beatitudinem seu justitiam hominis in solâ peccatorum remissione seu justitiæ imputatione consistere, cùm alibi idem Psalmista ‘beatos’ pronunciet ‘immaculatos in viâ, qui ambulant in lege Dei,’^c quique ‘custodiunt judicium, et faciunt justitiam,’^d [et,^e ‘qui non ambulat in consilio impiorum et in viâ peccatorum non stetit’] et hoc ipso Psalmo [post verba ab Apostolo citata, ‘Beatus homo, cui

*in Quest-
tionum et
Respon-
sionum Chris-
tianarum
libello.
Opp. t. 1,
p. 676, f.]

* [p. 89]

^b disp. de
Justif. th. 8.
[? 10.]

^c Ps. 106

^d Ps. 106

^e Ps. 106

[Ps.] 32

tautology of the following clause, 'he that is holy, let him be sanctified still more.'” Thus he, but he is wrong.

3. As to what is very frequently objected from Romans c. 4, v. 6-8, that the Apostle, following David, places the justification, or the blessedness or beatification of the sinner, solely in the forgiveness of sins; truly it is of no great weight. For those Protestants also, who contend that justification consists not in the forgiveness of sins alone, but also in the imputation of the justice of Christ, deny that the whole substance of justification is fully expressed by those words which the Apostle quotes from David. Beza says,^a “*Question*, But David places blessedness in the forgiveness of sins, why therefore do you add also . . . the imputation of Christ's fulfilment of the law? *Answer*, But what if I object to you these passages, 'Blessed are the pure in heart,' 'Blessed are the undefiled in the way,' and others of like sort, wouldst thou thence gather that forgiveness of sins is excluded? by no means I presume. In the same way by the word justification, sanctification even is sometimes meant; since these two entirely cohere. Why then may I not answer this also; that mention is sometimes made of the forgiveness of sins only, not in order to exclude the other parts of blessedness, but because they are tacitly comprehended with it?” Thus he: see also the *Synopsis purioris theologiæ*.^b

So also I answer, that it does not follow from the words of David which the Apostle quotes, that the blessedness or justice of a man consists solely in the forgiveness of sins or imputation of justice, since in other places the same Psalmist pronounces blessed those that are undefiled in the way and walk in the law of the Lord,^c those that always keep judgment and do justice,^d and him who walketh not in the counsel of the ungodly, nor standeth in the way of sinners;^e and in this very Psalm,^f after the words quoted by the Apostle, “Blessed is the man unto whom

^a [v. 11.]

^b Isaïæ c. 27. v. 9.

^c c. 1 Joann. v. 29.

^d c. 1 Mat. v. 21.

^e Serm. 22 in Cantica [§ 6, p. 1336 B.]

^f infra [§ 8, p. 1337. C.]

^g [1^a s. 25, v. 7.]

^h Serm. 23, in Cantica [§ 15. p. 1344, E.]

ⁱ [Ps. 51, v. 4.]

^k [ibid. F.]

^l Epist. 190. ad Innocent. Papam.

[*unc* Tract. de error.

Abelardi c. 7, § 29 vol 1, p. 655, A.]

[†] [Ed. 1^{ma} addit κατ'

ἰζοχῆν Justificationis

verbum, cum

in Scriptum in Pa-

trum scrip-

tis remis-

sioni pecca-

torum sæpius tri-

bui.

Ed. 2^{da} Ecce

pius Bernardus sentit,

κατ' ἰζοχῆν

justifica-

tionis ver-

bum, cum

in Scriptura

tum in Pa-

trum Scrip-

tis remis-

sioni pecca-

torum sæpius tri-

bui.]

^m lib. 19, de Civit. Dei cap. 27, [t. 7 p. 571

* [p. 20.]

non imputat Deus iniquitatem,' addat David, 'Nec in spiritu ejus dolus est,' id est, homo recti cordis est, ut dicitur ultimis illius Psalmi verbis,^a etc.

Itaque nomine remissionis peccatorum, tota hominis sanctificatio seu renovatio comprehensa debet intelligi: nam propter arctissimam utriusque partis conjunctionem, quia nunquam fit remissio peccatorum sine internâ mentis sanctificatione, una alteram sæpe synecdochicæ complectitur, et remissio quidem peccatorum κατ' ἰζοχῆν sæpè, cum in Scripturâ tum in Patribus, nominatur; 'Hic est omnis fructus, ut auferatur peccatum,'^b 'Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi,'^c 'Hic servabit populum suum à peccatis eorum,'^d Sic et 2 [ad] Cor. 5. 10. et in compluribus aliis Scripturæ locis; Bernardus;^e 'Factus est nobis sapientia, justitia, etc.' Sapientia," inquit, "in prædicatione, justitia in absoluteione peccatorum;" et;^f "Delicta juventutis meæ, et ignorantias meas ne memineris,"^g et justus sum;" et;^h "Sufficit mihi ad omnem justitiam solum habere propitium, cui soli peccavi;"ⁱ et paulò post;^k "Non peccare, Dei justitia est, hominis justitia, indulgentia Dei;" et rursus; "Justitia Dei est non peccare, justitia hominis est non imputari peccatum;" et;^l "Ubi reconciliatio, ibi remissio peccatorum: et quid ipsa, nisi justificatio?"[†] secutus clarissima Augustini verba,^m * "Ipsa quoque nostra justitia, quamvis vera sit, propter veri boni finem, ad quem refertur, tamen tanta est in hac vitâ, ut potius peccatorum remissione constet, quàm perfectione virtutum, etc." quibus verbis hæc duo sanctissimus et doctissimus ille pater docet; 1. Justitiam nostram constare, id est, justos nos esse, cum remissione peccatorum, tum perfectione virtutum, qualis scilicet statui hujus vite

the Lord imputeth no sin," David adds, "And in his spirit there is no guile," *i. e.* who is a man upright in heart, as is said in the last words of this Psalm.^a

Therefore the whole sanctification or renewal of man ought to be understood as comprehended in the expression forgiveness of sins. For on account of the most close connexion of both parts (since forgiveness of sins is never conferred without internal sanctification of the soul) the one often embraces the other by synecdoche; and indeed, it is often, both in Scripture and the Fathers, called forgiveness of sins, this being the principal part; 'This is all the fruit, that [his] sin be taken away;' ^b 'Behold the Lamb of God which taketh away the sins of the world;' ^c 'He shall save His people from their sins;' ^d so also 2 Cor. c. 5, v. 10, and many other passages of Scripture. S. Bernard; ' "He is made to us,"' he says, "wisdom, justice, &c.," wisdom in preaching, justice in the forgiveness of sins;" and; ^f "The sins of my youth and my ignorances remember Thou not," ^g and I am just;" and; ^h "It sufficeth me instead of all justice, to have but Him propitious against Whom alone I have sinned;" ⁱ and a little after; ^k "It is God's justice not to sin, man's justice is the indulgence of God;" and again; "God's justice it is not to sin, man's justice is, that sin be not imputed;" and; ^l "Where there is reconciliation, there is forgiveness of sins; and what is this [*i. e.* forgiveness] save justification?" in this following these very clear words of S. Augustine, ^m "Our justice also, although it be true, because of the end to which it is referred, *viz.*, the true Good, yet in this life is such as to consist rather in the forgiveness of sins, than in the perfection of virtues." in which words this most holy and learned Father teaches these two things; 1, that our justice consists (that is, that we are just,) both in the forgiveness of sins and in the perfection of virtues, such perfection, namely, as befits the state

convenit : 2. Sed longè remissionem peccatorum perfectioni virtutum præferendam.

^a de Justif.
lib. 21, c. 19.
n. 7, 8.

^b [Bellarmi-
nus.]
^c de Justif.
l. 2, c. 13.
[§ Defensio:
Glossa]
p. 540, 541.

^d de Justif.
lib. 2, c. 13,
sect. Res-
pondeo:
[1. a.]

^e sect. Cur
autem.

In eod. m.
lib. 2, d.
Justif.
cap. 6, §
Primum

Prius illud sensisse Augustinum hoc loco, ut et plurimis in aliis, ingenuè agnoscit Chamierus ; ^a “ Non excludi virtutes, nos agnoscimus ; qui scimus, et alias testati sumus, Augustinum uno justificationis nomine utramque partem comprehendere, id est, tum quam nos propriè justificationem dicimus, tum sanctificationem. Et hactenus non *ψευδολογεί* Jesuita, ^b etc.” Sed malè Paræus ; ^c “ Glossa,” inquit ille, “ adversarii de justitiâ divisâ in remissionem peccatorum et perfectionem virtutis, haud dubiè est falsa, etc. Manifestum enim est, Augustinum remissionem peccatorum et perfectionem virtutis, non ut partes unius justitiæ componere, sed ut res disparatas opponere, etc.” sed major Augustini verbis vis vix à quoquam inferri potuit.

Posterius, Bellarminus ipse fateri cogitur ; ^d “ Illud, ‘ potius, ’” inquit, “ hoc loco non excludit perfectionem virtutum, sed præponit remissionem peccati ; ut sensus sit, justitiâ nostram, quæ partim in remissione peccati, partim in perfectione virtutum sita est, magis illâ quàm hac constare, etc.” et quidem duplici assignatâ ratione cur id dicat Augustinus ; ^e “ Una ; Quia peccata in Baptismo perfectè delentur et purgantur, ut nihil omnino remaneat, quod habeat rationem culpæ ; virtutes autem infusæ, ita suo quodam modo perfectæ sunt, ut quotidie magis ac magis perfici debeant : Altera ; quoniam remissio peccati, semel facta, non eget novâ infusione virtutum ; At virtus semel infusa, eget quotidie novâ remissione peccati, non lethalis, quod cum justitiâ simul esse non potest, sed venialis. etc.” Eadem legere est apud Leon. Coquæum, in suo Commentario ad locum Augustini citatum, ex Bellarmino verbatim exscripta. Videtur tamen Bellarminus ^f sibi contradicere, quando sic inquit ;

of this life. 2. But that forgiveness of sins is much to be preferred to the perfection of virtues.

That S. Augustine here, as in very many other passages, holds the first of these, is candidly acknowledged by Chamier; ^a “That the virtues are not excluded, we allow, for we know and have testified elsewhere, that S. Augustine in the one word ‘justification,’ comprehends both parts, that is, both what we properly call justification, and also sanctification: and so far the Jesuit ^b lies not.” But Paræus ^c incorrectly says, “The adversary’s gloss about justice divided into forgiveness of sins, and perfection of virtue is without doubt false . . . for it is manifest that S. Augustine does not compound forgiveness of sins and perfection of virtue as parts of the same justice, but opposes them as different things.” but the words of S. Augustine could scarcely be more violently wrested by any one.

The latter of the above propositions Bellarmine himself is forced to admit; ^d “But this word ‘rather,’” he says, “in this place does not exclude the perfection of virtues, but gives the first place to forgiveness of sins, so that the meaning is, that our justice which is placed partly in the forgiveness of sins, partly in the perfection of virtues, consists more in the forgiveness of sins than in the perfection of virtues.” and indeed he assigns two reasons why S. Augustine says this; ^e “1. Because sins are perfectly blotted out and purged in baptism, so that nothing at all remains which has the nature of a fault; but infused virtues are perfect after a way of their own, so that they ought daily to be more and more perfected: 2. Because forgiveness of sin once granted needs not a new infusion of virtues; but virtue once infused needs daily a new forgiveness of sin, not of deadly sin, which could not co-exist with justice, but of venial sin.” The same things may be read in Leo Coquæus, in his Commentary on the passage of S. Augustine just cited, copied word for word from Bellarmine. Yet Bellarmine seems to contradict himself when ^f he thus

^a Rom. [c.] 4
ult. [v. 25.]
^{*} [p. 91.]

^b [August.
de Civit. Dei
Ed. 1596,
t. 2 p. 531]

^c Super
Mat. [c.] 6,
v. 12.
^d de Civit.
Dei lib. 19,
c. 27.
^e p. 37.

“Hic ^a Apostolus nomen ^{*} justificationis tribuit potius renovationi internæ, quàm remissioni peccatorum, ac per hoc docet, justificationem non modò non constare solâ remissione peccatorum, sed neque præcipuè eâ constare etc.” Mentem B. Augustini hoc in loco optimè vir doctissimus et optimus Ludovicus Vives in Commentario ^b sic expressit; “Ut potius etc.” “Magnâ enim ex parte,” inquit ille, “sumus boni, non quòd bene vivimus, sed quòd commissorum scelerum nobis fit à Deo gratia.” Joh[annes] Hesselius; ^c “Hujus vitæ justitia præcipuè (ut ait Augustinus^d) in remissione peccatorum consistit.” Vide eundem in Explicatione Symboli Apostolici; ^e “Hac ergo,” scilicet remissione peccatorum, “tanquam præcipuâ expressâ, subintellexerunt Apostoli, etc.” vide locum.

4. Quod ultimo, multis et Scripturæ et Patrum testimoniis coacervatis objicitur, inhærentem nostram justitiam in hac vitâ imperfectam esse, et multis permixtam peccatis, ac proinde divinum judicium sustinere non posse, nec nos per illam formaliter justos in Dei judicio censi;

Res[pondemus], 1. Loca quæ contra adducuntur, ferè omnia ad justitiam actualem, seu operum nostrorum, potius spectare, quàm ad justitiam à Deo donatam seu habitualem, quæ non opus est nostrum, sed Dei opus (licèt in nobis receptum) qui simul peccata remittit, et dona fidei, spei et charitatis infundit: unde et infantes nuper baptizati, verè coram Deo justii sunt, licèt nihil operis fecerint; idcirco nos hanc disputationem de imperfectione justitiæ nostræ in sequentia rejicere, ubi de justitiâ operum, Deo juvante, pluribus disseremus.

2. Quod si etiam imperfectio illa, quæ in ipsis donis Spiritûs Sancti nobis in justificatione communicatis inest, quamdiu nos hic vivimus, et illa in nobis augeri possunt, atque etiam debent, propriè peccatum est (Augustinus enim certè vitium

speaks, "The Apostle here ^a applies the name of justification rather to internal renewal than to forgiveness of sins, and thereby teaches that justification not only does not consist solely in the forgiveness of sins, but that it does not even consist principally in it." That most learned and excellent man Ludovicus Vives, in his Commentary,^b has very well expressed thus S. Augustine's meaning in this passage, "So that [it consists] rather, &c." "For," he says, "we are in a great measure good, not because we live well, but because pardon of the crimes we have committed is granted us by God." John Hessel^c; "The justice of this life consists principally (as S. Augustine says^d) in the forgiveness of sins." See the same writer in his *Explicatio Symboli Apostolici*^e; "This, therefore," (the forgiveness of sins), "as being that which is the principal being expressed, the Apostles have understood, &c." See the passage.

4. Lastly, as to what is objected from many testimonies gathered together from Scripture and the Fathers, that our inherent justice in this life is imperfect and intermixed with many sins, and therefore cannot endure the divine judgment, nor we be by it deemed formally just in the judgment of God, I answer;

1st. That almost all the passages which are brought to support this objection relate to actual justice (*i. e.* that of our works,) rather than to the justice given us by God (*i. e.* that which is habitual,) which is not our work, but the work of God, (though received in us) Who at the same time forgives our sins and infuses the gifts of faith, hope, and love: whence also newly-baptized infants are truly just before God, although they have done no work: wherefore we will postpone this discussion about the imperfection of our justice till a following book, where with God's help we will discuss at length the question concerning the justice of works.

2^{ndly}. But even if that imperfection, which the very gifts of the Holy Ghost communicated to us in justification have, as long as we live here, and as long as these gifts can, nay, ought to be increased in us, be properly sin (for certainly S. Augustine does not shrink from

^a Epist. 29
ad Hieron.
[*nunc*
Ep. 167
§ 15.]

^b lib. de per-
fect. justitiæ
[hominis]
cap. [6 ratio-
cinat.] 15
[§ 15 p. 172
F.]

^c [infra lib.
4 cap. 5
§ 11.]
^{*} [p. 92.]

^d [vide supra
lib. 1 c. 4 § 4]

^e de Justi-
ficatione lib.
2 c. 8 [§ Non
multum.]
^f de Justif.
lib. 2, c. 15
et 16.

et peccatum non veretur appellare; ^a “Plenissima” charitas, “quæ jam non possit augeri, quamdiu hic homo vivit, est in nemine; quamdiu autem augeri potest, profectò illud quod minus est quàm debet, ex vitio est, ex quo vitio non est [justus in terrâ,] qui faciat bonum et non peccet;” et; ^b “Peccatum,” inquit, “est, cum vel non est charitas quæ esse debet, vel minor [est] quam debet, etc.” Sed an largo tantùm modo peccatum appellet, ut Romanenses communiter, atque etiam Protestantes quidam doctissimi volunt, aliis etiam ad suam sententiam confirmandam ex ipso Augustino locis prolatis; An verò etiam propriè, ut alii sentiunt, alias ^c dicemus) sententia ^{*} quam nos astruximus nihil inde læditur, qui cum donatione justitiæ semper remissionem peccatorum conjunximus: Atque non per illam solam, sed etiam per hanc, immò per hanc potiùs, ut jam dixit Augustinus, formaliter nos justos coram Deo nominari et esse contendimus.

5. Multa sunt de quibus etiam inter Romanenses ipsos de causâ formali justificationis nostræ disputatur; ut, An per habitus virtutum infusos justificemur, ut volunt permulti, ^d vel, An perpetua Dei motio et operatio in nobis sit illud quo justificamur, An denique horum neutrum præcisè, sed ipsa mentis et voluntatis rectitudo ex utrisque resultans sit formalis nostra justitia: Atque etiam, An justitia, quâ formaliter justificamur, sola habitualis sit, An actualis, id est, opera verè justa? atque etiam quædam alia, de quibus videantur Stapletonus, ^e Bellarminus, ^f Suarez, Vasquez, alique id genus scriptores plurimi, viri certè doctissimi, sed in dogmatibus fidei, quæ simplicitatis plena sunt eamque maximè amant, discutiendis, sæpe nimio plus subtiles, ne dicam an audaces sunt. Proinde illis aliisque omnibus ab instituti ratione alienis missis, huic libro hunc terminum ponentes, ad alia inter partes controversa transcamus. Deus veritatis et pacis cœptis adspiret.

calling it fault and sin ;^a “ All-perfect love, which can no more be increased, is in no one so long as he lives here ; but so long as it can be increased, certainly that which is less than it ought to be, is of sin, from which sin there is no [one just,] *i. e.* guiltless, “ upon earth] who does good and sins not ;” and ;^b “ It is sin,” he says, “ either when love is not, which ought to be, or when it is less than it ought to be.” But whether he calls it sin in a wide sense merely, as all Romanists and even some very learned Protestants maintain, bringing also other passages from S. Augustine himself to confirm their opinion, or whether he does so even properly, as others hold, we will elsewhere^c examine ;) the opinion which we have supported is not thereby injured, since we have always joined forgiveness of sins with the donation of justice, and contended that we are and are called formally just before God, not by the latter only but by the former also, nay, by it principally, as S. Augustine has already said.

5. There are many things concerning the formal cause of justification about which Romanists themselves dispute, as, whether we are justified by the infused habits of virtues,^d as very many maintain, or, whether the perpetual motion and operation of God in us be that by which we are justified, or finally, whether neither of these precisely, but the uprightness of the mind and will resulting from both of them, be our formal justice : And also, whether the justice by which we are formally justified be solely habitual, or, whether it be actual, *i. e.*, works truly just ? and also some other things, about which see Stapleton,^e Bellarmine,^f Suarez, Vasquez, and many other writers of the same sort ; men certainly most learned, but often far too subtle, not to say too audacious, in discussing the doctrines of the faith which are full of simplicity, and love it above all things. Wherefore dismissing these things and all others foreign to the plan of our design, here ending this book, let us pass on to the other things that are controverted between the dissentient parties. And may the God of truth and peace look favourably on the attempt.

* LIBER TERTIUS

de Justificatione ;

Quo lites de incertitudine, mutabilitate, et
inæqualitate justitiæ considerantur.

CAPUT PRIMUM.

Quo de certitudine et incertitudine gratiæ seu justitiæ præsentis agitur.

^a 2 [Ep. Pet.] c. 1. v. 10.
^b in vestibulo libri sui [tractatus] Apologet[icus] pro [vero ac germano intellectu canonis xiii. sess. 6 S. Œcumenici] Conc[ilii] Tridentin[is] de certitudine gratiæ [p. 2] Colon. 1569. * [p. 94.]
^c in cap. 41 Gen. v. 32 ut ab Chemnicio Exam. citatur p. 165, vide opp. Lutheri t. 6, p. 553, ed. Wittemb. 1580 § Hæc certitudo et]

1. **U**TINAM plerique utriusque litigantium partis “magis satagerent per bona opera suam vocationem et electionem certam” et firmam “facere,” sicut monet B. Petrus,^a quàm de certitudine utriusque mensurâ et gradu ad fovendum triste schisma hodiernum nimis anxie et contentiosè disputarent. Sed hoc infelici sæculo, rixarum et contentionum admodum feraci, veræ verò pietatis et justitiæ sterili, plerique magis amant inaniter et inutiliter altercari, quàm utiliter et fructuosè operari.

2. Mart. Eisengrenius, Academiæ Ingolstadiensis quondam Procancellarius,^b (de cujus tamen hæc de re sententiâ, multo mitiori, ut judicant Protestantes, quàm multorum aliorum gregalium, mox plura) affirmat, “ex hoc unico articulo,* quamvis minutus à plerisque reputari queat, universum Papatum et Lutheranismum dependere.” M. Lutherus ;^c “Etiamsi,” inquit, “nihil præterea peccatum fuisset in doctrinâ Pontificiâ quàm

BOOK THIRD

of Justification :

Of the Controversies about the uncertainty,
changeableness, and inequality of Justice,

CHAP. I.

*Of the certainty and uncertainty of grace or present
justice.*

1. **W**OULD that most of the litigants on both sides would "give diligence to make through good works their calling and election sure," as the Blessed Peter admonishes,^a rather than dispute too anxiously and contentiously about the certainty, measure, and degree of each, to the fostering of the present lamentable schism. But in this unhappy age which is exceeding fruitful in quarrels and contentions, but barren of true piety and justice, the more part love vain and useless altercations more than useful and fruitful work.

2. Martin Eisengrenius, formerly Vice-Chancellor of the University of Ingolstadt,^b (of whose opinion, however, which on this matter is much milder, as Protestants judge, than that of many others of his party, we will say more by and bye) affirms that on this one article, though it may be thought by many to be a minute one, the whole of Romanism and Lutheranism hangs. Martin Luther^c says, "Although there were no other error in the popish

quòd docuerunt, nos debere vagari et fluctuare ambigentes et dubios de remissione peccatorum, gratiâ et salute nostrâ, justas tamen haberemus causas, cur ab Ecclesiâ infideli nos sejungeremus, etc.” Vide Chemnicium^a aliosque ferè utriusque partis innumeros. Sed nos omnia, seposito omni partium studio, tanquam in Dei ipsius conspectu paucis discutiamus.

^a in Exam. decr. Concil. Trid. de Fide Justif. [cap. An verâ fides justificans sit vel fiducia vel dubitatio de remissione peccatorum.] pag. 165. [§ Hæc observatio.]

3. Nunc non quæritur de certitudine finalis perseverantiæ, ac proinde non de certitudine electionis nostræ, (quâ de re infra,) sed de certitudine gratiæ seu justitiæ præsentis; permulti enim Protestantes, ut postea dicemus, illâ negatâ, hanc tamen constanter tuentur.

† [*W. interlin. potest: W. in marg. et Ed. 2^a possit.*]

4. Neque quæritur, An poterit † homo fidelis certò, immò certitudine fidei, statuere sibi remissa esse peccata sua, si modo eidem certò atque eâdem prædictâ certitudine constet de verâ et seriâ suâ pœnitentiâ. Quis enim sanæ mentis hoc neget? Vide Bellarminum; ^b ‘Non enim hypotheticè sed absolutè, hodie inter plerosque utriusque partis de certitudine justitiæ controversia, magnâ contentione disputatur,’ ut inquit ille ibidem.

^b de Justif. lib. 3, cap. 2, sect. Porro statum questionis, etc.

5. Neque etiam quæritur, An omnis omnino propria et peculiaris applicatio, quâ quis fidelis ita apprehendat generales verbi divini promissiones, ut sibi etiam certò confidat vel speret remissa esse peccata, illicita sit. Neque enim Romanenses ipsi negant,^c certam fiduciam in Deo collocandam esse, et certò confidendum, post actam legitimè pœnitentiam et Sacramentum Baptismi vel absolutionis ritè perceptum, remissa esse peccata, etc. ut proinde malè Chamierus^d affirmet, Bellarminum videri sibi impugnare cum omnem applicationem propriam, tum etiam certitudinem ejus applicationis; cui adjungit Costerum: negare autem plerosque alios Romanenses tantùm applicationis certitudinem, non autem omnem omnino applicationem peculiarem. Quod

^c vide Bell. loc. cit. sect. Deinde, etc.

^d Panstratia Cathol. t. 3.] de fide lib. 13. [c. 1, n. 15, 17.]

doctrine, save that they taught that we ought to wander and fluctuate, uncertain and doubtful about the forgiveness of our sins, and our being in the state of grace and salvation, yet we should have had just cause for separating ourselves from that unbelieving Church :” see Chemnicus ^a and others of both the parties, almost numberless. But let us, having laid aside all party spirit, discuss in a few words all these things as in the presence of God Himself.

3. We are not now enquiring about the certainty of final perseverance, and therefore not of the certainty of our election, (of which subject hereafter) but of the certainty of grace or present justice ; for, (as we shall hereafter show) very many Protestants who deny the former do constantly maintain the latter.

4. Nor are we enquiring whether a believer can certainly, nay with the certainty of faith, determine with himself that his sins have been forgiven, if only he be assured certainly, and with the same aforesaid certainty, of his true and unfeigned penitence. For who in his senses would deny this ? See Bellarmine : ^b For ‘ the controversy about the certainty of justice is now-a-days disputed (and with great contention) between most of the litigants of both sides, not hypothetically but absolutely,’ as that writer there remarks.

5. Nor again do we enquire, whether every proper and particular application whatsoever, whereby any believer so lays hold of the general promises of the word of God, as even certainly to trust or hope that his sins have been forgiven, be unlawful. For Romanists themselves do not deny ^c that sure confidence is to be placed in God, or that after penitence legitimately performed and the sacrament of Baptism or of absolution validly received, we are confident with certainty that our sins have been forgiven. So that therefore Chamier ^d wrongly affirms, that Bellarmine seems to him to deny as well every individual application, as also the certainty of such application ; to whom he adds Costerus ; but that most other Romanists deny merely the certainty of the application, but not every particular application

* c. 8, [lib.]
primi do
Justif.

* [p. 95.]

† [Ed. 2^a
tollat.]

‡ [Ed. 2^a
intelligunt.]

b 1[ibro] cit.
[lib. 3.]
c. 11, sect.
Tertia sen-
tentia, etc.
† [Ed. 1^{ma}
inde igitur.]

c loco citato.
[lib. 3, c. 11,
§ Tertia
sententia.]
d [Apologiã]
pag. 7.
e ejusdem
[cap. 18.]
pag. 215.

enim scribit, “ Bellarminum^a negare prorsus, fidei justificantis objectum, esse specialem misericordiam, etc.” id totum ad applicationis certitudinem spectat: disputatio * enim tota est, non de applicatione, sed de applicationis certitudine, ejusdemque mensurâ et gradu.

6. Communior Romanensium hac de re sententia negat certitudinem fidei divinæ, justo de suâ justificatione, citra speciale revelationis privilegium; libenter tamen admittit ex vivæ fidei sensu, seu charitatis et bonorum operum experimento, certitudinem aliquam minoris et inferioris gradûs oriri, quæ conjecturalis et probabilis nominari potest, et quæ, licet non omnem formidinem pellat, tamen tollit † omnem anxietatem et hæsitationem, et ipsam etiam dubitationem, si dubitatio sumatur pro merâ animi fluctuatione sine ullo assensu, quæ sola apud Philosophos nomen dubitationis propriè obtinet. Ideoque quando de aliquâ aliqui Romanenses dubitatione loquuntur, non aliud intelligere, ‡ quàm quandam formidinem quæ in omni assensu, etiam certo, qui non sit infallibilis aut evidens reperitur, et latè dubitatio vocatur; vide Bellarminum^b aliosque plurimos. Negant igitur, quia docent, fideles non habere certitudinem fidei de suâ justificatione, inde † sequi, jubere se fideles semper dubitare, et anxie hæsitare de suâ cum Deo reconciliatione, (quemadmodum Rigidiore Protestantes illis impingunt,) quia “ datur aliquid medium inter hæc extrema, scilicet certitudo quædam moralis ex parte intellectûs, et spes ac fiducia ex parte voluntatis,” ut loquitur Bellarminus^c præter alios innumeros. Rectè Remonstrantes in suâ nuperâ Apologiâ^d (licet^e profiteantur, se ‘dubitationem Pontificiam’ de salute propriâ, ‘et conscientiarum carnificinam,’ ita cæterorum Rigidiorum Protestantium more loquentes, minimè asserere) de re aliâ loquentes: “ Inter dubitationem et divinam assertionem,

whatever: For as to what he says, that “Bellarmine^a altogether denies that the object of justifying faith is special mercy,” that relates entirely to the certainty of the application; for the whole dispute is not about the application, but about the certainty of the application and its measure and degree.

6. The more common opinion of Romanists on this matter denies to the just man the certainty of divine faith about his justification, unless he have a special privilege of revelation; but it willingly admits that from a sense of living faith or the experience of love and good works, a certainty of a lesser and lower degree arises, which may be called conjectural and probable, and which, though it does not drive away all fear, yet removes all anxiety and hesitation, and even doubtfulness itself, if doubtfulness be taken for an utter fluctuation of the mind without any assent, which alone properly obtains among Philosophers the name of ‘doubtfulness;’ and that therefore whenever any Romanists speak of some doubtfulness, they only mean that fear which is found in every assent, even though certain, if it be not infallible or evident, and which is loosely called doubtfulness: see Bellarmine^b and many others. They therefore deny that, because they teach that believers have not the certainty of faith about their justification, it thence follows, that they bid them to be always doubting and anxiously hesitating about their reconciliation with God, (as the more rigid Protestants accuse them of doing,) because “between these extremes there is a medium, viz., a moral certainty on the part of the intellect, and hope and confidence on the part of the will,” as Bellarmine^c says, besides numberless others. The Remonstrants^d (although^e they profess that they by no means teach “the Popish uncertainty and the racking of consciences” about individual salvation; speaking thus after the manner of the other more rigid Protestants) rightly say, when speaking about another thing, “Human certainty is mediate between doubt and divine assertion, which human cer-

humana certitudo media est, quæ etsi formidinem contrarii” (cum dubitatione scilicet conjunctam) “excludat, infallibilitatem tamen divinam non includit; rationibus nititur, sed quæ à divinis oraculis differunt; etc.”

7. Progrediuntur quidam alii Romanenses ulterius, et certitudinem aliquam aliam, minorem quidem certitudine fidei divinæ, Conjecturali tamen majorem, quam certitudinem Moralem appellendam censent, admittunt: “affirmant enim posse, immò etiam solere, præsertim homines” spirituales et “perfectos,” (scilicet secundum statum viæ,) “ad eam” certitudinem seu “securitatem venire, ut nullam habeant de suâ justificatione formidinem, planè ad eum modum” (verba Bellarmini ^a * aliorumque plurimorum) “quo credimus sine ullâ hæsitatione et formidine deceptionis, Romam fuisse et esse, Cæsarem in Italiâ aliquando regnasse, etc.’ Dominicus à Soto ab hac sententiâ non abhorruit,^b neque etiam Gregorius à Valentia;^c neque Carthusianus,^d referente Suarezio.^e sed Andreas Vega disertè tuetur,^f cujus verba exhibeo numero sequente.

8. “Maturè tamen,” inquit Vega,^g “omnibus hinc inde pensatis, probabilius profectò esse crediderim, posse aliquos viros spirituales tantoperè in exercitiis spiritalibus et in familiaritate divinâ proficere, ut absque ullâ temeritate possint certò et absque ullâ hæsitatione credere, se invenisse gratiam et remissionem peccatorum suorum apud Deum. etc.” Hanc sententiam suam multis egregiis argumentis ibidem confirmat; Verba argumenti 9. quo utitur dignissima putavi adscriptu; “^h Familiaritas item et eximius amor, quem Cantica Canticorum indicant Deum habere in Ecclesiam, atque ei nonnunquam ostendere, exigunt revera ut aliqui sint semper viri spirituales in Ecclesiâ, quibuscum Deus sic familiariter loquatur, quique certi sint et nihil dubitent de ipsius in eos amore etc. ⁱ Illa insuper quies et securitas, quâ plerique migrant de hac vitâ, illud

^a de Justif. lib. 3, cap. 11, sect. Altera sententia. * [p. 96.]

^b in Apol. contra Cathar. cap. 2. [§ In hac autem explanatione p. 240, col. 2.]

^c [Commentariorum Theologorum in summæ S. Thomæ] disp. 8, q. 4, punct. 4. [§ Quarto neminem] tom. 2.

^d in 1. Sent. d. 17, q. 5, et 10.

^e de [divina] Gratia lib. 9, c. 11, n. 1.

^f de Justif. lib. 9, c. 46

^g [p. 313.]

^h [p. 316.]

ⁱ [Argum. 10.]

tainty, though it excludes the fear," (viz., that fear which is joined to doubt) "of the contrary, yet does not include divine infallibility; it is based upon reasons, but such reasons as differ from the oracles of God."

7. Some other Romanists go further, and admit another certainty, less indeed than that of divine faith, but greater than conjectural certainty, and which they think ought to be called moral certainty: for "they affirm that men, especially those who are" spiritual and "perfect," (viz. according to the measure of this state of pilgrimage,) "can, nay even are wont, to arrive at such a" certainty and "security, as to have no fear about their justification, exactly in the same way" (these are the words of Bellarmine ^a and of very many others) "in which we believe without any hesitation or fear of deception," that Rome did and does exist, "that Cæsar formerly ruled in Italy, &c." Dominicus à Soto was not averse to this opinion,^b nor Gregory à Valentia either,^c nor Carthusianus,^d as Suarez relates.^e But Andreas Vega expressly maintains it,^f whose words I give in the following number.

8. All these things, however," says Vega,^g "having been maturely considered in every point of view, I am certainly inclined to believe that it is more probable, that some spiritual men are able to make such progress in spiritual exercises and in familiarity with God, that without any rashness they may certainly and without any hesitation believe that they have found grace and forgiveness of their sins in the sight of God." This opinion of his he there confirms by many most excellent arguments; the words of his 9th argument, I have thought most worthy of being subjoined; ^h "Also, the familiarity and exceeding great love which the Song of Songs indicates that God bears to the Church, and sometimes shows to her, require in truth that there be always some spiritual men in the Church, with whom God may speak thus familiarly, and who are certain and in nothing doubtful of His love towards them; . . . Moreover,ⁱ that peace and security wherewith many depart from this life, that ardent desire with which love,

^a c. 1. ad Phil [v. 23.]
^b Ps. [121. at.] 122, v. 1.
^c Ps. [118. at.] 119, [v. 52, sermo 7, § 15-17.]
^d [p. 317.]
^e * [p. 97]
^e de Bono [nunc Dono] perseverantiae cap. 2 [§ 4.] Sicut ergo sanctus etc. [t. 10, 824, D.]
^f Serm. 69. in Cantica [§ 1, p. 1507, B.] Quod si quis, etc. Et rursus ibidem [§ 6, p. 1509, C.] Si sensero aperiri mihi etc. Et serm. 37. in Cantica [§ 5, p. 1403, A.] Ideo spes non confundit, etc., et Epist. 107. [§ 6, p. 113, C.] At vero si superna, etc.
^g lib. saepe citato [l. 3.] cap. 11, sect. De qua etiam sententia, etc.
^h in 1am 2^{ae} tom. 2, disp. 200, cap. 8. [etc.]
ⁱ [Explicatio articulorum viginti.] Art. 9, de fide et spe, etc.
^k pag. 79 et 80, tom. 2.
^l Disp. 9, in cap. 8, ad Rom. [§ 40-42.]
[†] [Ed. sententia.]
^m de Oratione Divina [Orationis Divinae methodus natura et gradus.] (Excus. Antwerp. 1623) lib. 4, cap. 12.

ardens desiderium, quo charitas, cum perfecta fuerit, clamat, ‘Cupio dissolvi et esse cum Christo:’^a illa lætitia, quâ permulti exultant, dum intelligentes sibi propinquum esse diem mortis, dicunt cum Davide,^b ‘Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus:’ Alacritas etiam et admiranda constantia martyrum, et despicientia omnium tormentorum, quam præ se ferebant, quid aliud sunt, quàm testimonia apertissima certitudinis moralis, quam habebant de suâ justitiâ et gratiâ apud Deum? etc. Unde et Ambrosius in expositione illius versiculi,^c ‘Memor fui iudiciorum tuorum à seculo, Domine,’ etc. Idemque de Hilario, Martino, et Paulino, aliorumque sanctorum exemplis doctè et eleganter ostendit Episcopus Cætharinus etc.” quæ apud ipsum Authorem legantur, multa enim sunt et observatione dignissima. Hæc demum subjungit verba suis argumentis; “Licèt hæc argumenta, “inquit,^d “non extorqueant certitudinem fidei, certè non plenè multis ex illis satisfit, nisi concedamus, possibilem * esse justis aliquam certitudinem de suâ gratiâ, alienam ab omni metu et formidine, etc.” Idem etiam ad suam sententiam roborandam multa adducit Patrum testimonia: ut alios mittamus, Augustini,^e et Bernardi imprimis.^f

9. Hanc sententiam, licèt Bellarminus^g non probet, ut nec Vasquez,^h neque etiam alii rigidiores Romanenses, alii tamen illius etiam partis viri doctissimi probabilem esse putant, et problematicè defendi posse; ut Ruardus Tapperus,ⁱ cujus verba quia prolixa sunt, ne graveri, quæso lector, apud ipsum Authorem legere; ^k Pererius ^l sibi etiam Tapperi iudicium de hac et Vegæ sententiam † probari asserit. Thomas à Jesu, recens scriptor Romanæ partis; ^m “Ex his,” inquit, “constat, valdè esse probabile, eos qui ad hanc ineffabilem unionem singulari Dei beneficio fue-

when it has become perfect, cries, ' I desire to be dissolved and to be with Christ ; ' ^a that joy wherewith very many exult when, feeling that the day of their death is at hand, they say with David, ' I rejoiced at the things which were said to me, We will go into the house of the Lord ; ' ^b the alacrity, moreover, and admirable constancy of the martyrs and the despite of all torments which they carried about with them, what else are they but very evident proofs of the moral certainty which they had of their justice and favour with God ? Whence also S. Ambrose in his exposition of that verse, ^c ' I remembered Thy everlasting judgments, O Lord, ' [says,] &c. ; and Bishop Catharinus has learnedly and elegantly shown the same of S. Hilary, S. Martin, and S. Paulinus, and by the examples of other saints, &c., " the rest should be read in the author himself, for they are long and most worthy of note. These words finally he subjoins to his arguments ; " Although these arguments, " he says, ^d " do not compel a belief in the certainty of faith, certainly many of them are not fully satisfied unless we grant, that it is possible for the just to have some certainty of their grace foreign to all fear and terror, " He also adduces many proofs from the Fathers to confirm his opinion ; to omit others, from S. Augustine, ^e and especially from S. Bernard. ^f

9. Though Bellarmine ^g disapproves of this opinion, as does Vasquez also, ^h and indeed others of the more rigid Romanists ; yet others of the same party, men moreover who are very learned, think that it is probable, and may be maintained problematically ; as Ruardus Tapper, ⁱ whose words, since they are prolix, be not reluctant, I pray you, reader, to peruse in the author himself ; ^k Pererius ^l declares that he approves of the judgment of Tapper and the opinion of Vega in this matter ; Thomas à Jesu, a recent writer of the Roman party, ^m says, " From these it is evident that it is very probable, that those who have been advanced

rint sublimati, reddi de suâ gratiâ et acceptatione securos, etc.”

^a lib. 9,
cap. 47.
[p. 321.]

10. Idem Vega concedit, hanc certitudinem moralem à fide divinâ, bonâ ex parte profluere; ^a “Quamvis autem,” inquit, “fides infusa neque inclinet nos ad assentiendum, neque faciat nos certos, neque moveatur à Spiritu Sancto ut ullum coëficiat nobiscum immediatè assensum, nisi eorum quæ ante ipsius concursum, prius saltem naturâ, constat nobis esse à Deo revelata, vel ex eis deducta; tamen mediatè ad certitudinem moralem de nostrâ justitiâ concurrat, et ei debent bonam partem perfecti suæ certitudinis morales. Nisi enim per fidem assentirentur illi majoribus illis propositionibus de fide, Facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam, Convertens se ad Deum ex toto corde, invenit et obtinet gratiam ipsius, etc. nunquam illi certitudinem aliquam haberent de suâ gratiâ. etc.” et

† *Ed. 1^{ma}*
si.]

“per fidem hoc,” (quod scilicet † in gratiâ simus,) “sciri posse,” ait, “Concilium Tridentinum non negare, sed tantùm negare, sciri hoc posse certitudine fidei.” ^b Immò propter Ecclesiæ pacem, hanc certitudinem hac * ratione certitudinem fidei appellari posse admittit: ^c “Quare rectè dixit Joannes Bachonis,† hanc certitudinem [non esse certitudinem fidei, sed esse certitudinem] consequentem fidem. Quòd si hoc putas esse satis, ut vocetur Certitudo fidei, non admodum repugnabo, sed ut pax sit, et omnes in unum conveniamus, dabo quod vis, et me volens victusque remittam.”

^b lib. eodem
cap. 8.
[p. 216.]
* [p. 98.]
^c cap. 47.
[p. 322.]
† [*Ed. Forb.*
Baconus]

^d Art. 9.
prædicto:
[Explicatio
articulorum
viginti.]
de Fide et
Spe.
[§ Quamvis
necessarium
sit t. 2,
p. 80,
col. 2.]

In eandem sententiam Tapperus; ^d “Quæ,” inquit, “certitudo” (scilicet Moralis) “quamvis multò sit inferior certitudine fidei, quia tamen à sententiis Scripturæ pendet, ideo fides, quæ est virtus infusa, mediatè ad illam inclinatur, et si accedat confidens voluntas, illa magis firmare potest assensum, sed non adeò ut liceret pro ejus veritate, quòd scilicet in gratiâ sit, mortem su-

to this ineffable union by the singular bounty of God, are rendered secure of their grace and acceptation."

^b [Suffragium Collegiale Theologorum Magnæ Britannicæ de quinque controversiis Remonstrantium articulis Synodo Doctrinæ exhibitum anno 1619.] de quinto articulo etc. edit. Lond. 1627 p. 89. th. 3 [The Collegiate Suffrage of the Divines of Great Britaine concerning &c. being their vote or voice foregoing the joint and publique judgment of that Synod p. 148 Lond. 1629.]

^c [p. 82 ed. Lat. 1627. p. 140 ed. 1629.]

9. This opinion, moreover, does not console pious minds (as those who tenaciously contend for it think), but rather in very many cases miserably racks and tortures them; for when they find not in themselves, nor indeed can find, this certainty of faith, which is not possible without an extraordinary revelation, and yet hear nothing more vehemently urged by many unlearned and unskilful physicians of souls, there arise often from thence incredible griefs and torments in the most pious minds, as sad experience daily witnesses.

10. Rightly therefore is this opinion condemned by many Protestants (and those too of no obscure name) and others, as will appear in what follows.

11. Jacobus Arminius^a thus writes concerning this subject; “As to the certainty of salvation, I say, that he who believes in Jesus Christ can be certain and persuaded (and even that, if his heart condemn him not, he actually is certain)—as well from the action of the Holy Ghost working within him and from the fruits of faith, as from his own conscience and the witness of the Spirit bearing witness together with it,—that he is a son of God and stands in the grace of Jesus Christ; nay, that he can depart from this life with a sure confidence of the grace of God and His mercy in Christ, and appear before the tribunal of grace, without anxious fear or terrible dread; yet that he ought always to pray, that the Lord enter not into judgment with him. But since the Lord is greater than our heart, and knows all things, and a man is not to judge himself, nay since even though he is conscious to himself of nothing, yet in this he is not justified, but it is God Who will judge him, [because of all this] I dare not account this certainty to be equal to that certainty wherewith we know that God is, and that Christ is the Saviour of the world.”

12. The Divines of Great Britain in their Suffrage,^b (although they speak “of the certainty which believers have of their perseverance,”^c) have these words which no less militate against the certainty of faith about present justice; “The first infirmity ariseth out of the

debilitas oritur ex ipsâ fundamentali hujus personalis fiduciæ dependentiâ, quæ infra fidei dogmaticæ certitudinem videtur subsidere; assensum quippe nostrum afficiunt fidei Catholicæ articuli ut principia immediata ac prima; Fidei autem specialis veritas non inde deducitur ut quiddam necessariò consequens, sed tantùm subjungitur per modum assumptionis. Ergo illius, quæ hanc persuasionem facit, conclusionis non potest esse firmitudo major, quàm quæ præmissarum debiliori inest; subsumptio autem illa experimentalibus nititur judiciis per privatam hominis conscientiam pensitatis; quæ cùm nonnunquam in dubium vocentur, an sint signa genuina, etc.” Hæc illi, vi veritatis coacti; nam p. 91. thes. 4. hujusmodi certitudinem, veræ fidei, cui falsum subesse non potest, actum esse volunt.

13. Franciscus Whitæus, episcopus nunc Norwicensis,^a ita scribit; “Particularis certitudo remissionis peccatorum, quam justî ex resipiscentiâ et fide obtinent, in assensûs firmitudine minimè æqualis est certitudini quam circa commune fidei objectum, viz. de articulis de creatione, Trinitate, etc. habent; quia articuli hi immediatè et totaliter in Sanctâ Scripturâ revelati sunt, sed quòd huic vel illi pœnitenti peccata sua remissa sint, illud ex argumento pendet, cujus pars una tantùm immediatè Dei verbum est, altera autem collectio ex reflexione mentis supra suum actum et diligentî ac sollicitâ suarum virtutum et actionum observatione exurgens. Unde conclusio magis minusve, secundum assumptionis conditionem, certa est.” Citat in margine Bannesium,^b cujus verba probat, * et B. Medinam: ^c brevîtatis studio verba ab illo notata omitto.

Quod proximè subjungit,^d “Certitudinem hanc fidelium de suâ præsentî justificatione vel justitiâ, à Protestantibus ad fidei certitudinem reduci, quia partim innititur propositioni seu

* in suo de controversiis opere contra Fisherum Jesuitam. [Reply to the Jesuit Fisher's Answers] de certitudine salutis pag. 166 [concerning the certainty of salvation.]

^b 22. q. 6 art. 2 concl. 5. pa. 235 [Hæc certitudo quod ego habeam] * [p. 109.] ^c sup. Th. Aquin. 1^a 2^æ q. 112 art. 5 [p. 830 § Septima Conclusio Licet] etc. ^d [p. 167.]

ground itself whereupon this personal confidence is built, which seems to be of lower degree, than the certitude of dogmatical faith. For the articles of the Catholique faith doe work upon our assent, as immediate and original principles; But the truth of this special faith is not enforced thence as a necessary consequent, but is added thereto by way of assumption; therefore there can be no greater certainty of that conclusion which frameth this persuasion than such as is in the weaker of the premises; but this assumption is grounded upon experimental arguments weighed and applied by a man's private conscience; which arguments or marks, since they are sometimes questioned whether or no they be true and concluding evidences, &c." Thus say they, being compelled by the force of truth; for p. 91 thes. 4 they maintain that this certainty is "an act of true faith which cannot be built on a false ground."

13. Francis White now Bishop of Norwich thus writes; ^a
"The particular certainty of remission of sins which just persons attain unto upon their repentance, [obedience] and faith is not equal in the firmity of assent to that assurance which they have about the common object of faith, to wit concerning the articles of Creation, Trinity, [Incarnation, Resurrection or the like,] because these articles are immediately and totally revealed in the Holy Scripture, but that his sins in particular are remitted unto a penitent person, dependeth upon an argument, whereof one part only is immediately the word of God, and the other part is a collection arising upon reflection and observation of a man's own qualities and actions, and the conclusion is more or less certain according to the condition of the second proposition." In the margin he cites Bannesius ^b whose words he approves of, and B. Medina; ^c from a desire of brevity I omit the words he adduces.

What he immediately subjoins, ^d that "the certainty and assurance of their own particular justification which just persons attain unto is reduced by" Protestants "to certainty and assurance of faith, because one ground thereof

sententiæ immediatè divinæ, partim propositioni quæ ex eâ quæ divina est infertur et colligitur; regulam enim per quam quispiam se credere et respiscere dignoscit, esse Dei verbum quo fidei et respiscentiæ conditio seu qualitas explicatur," næ id frivolum est; tota enim quæstio est de certitudine applicationis regulæ, illiusque gradu, quam ille jam concessit certitudini fidei divinæ non esse æqualem; unde tantam † agnoscit "dissensionem hac de re inter quosdam doctos Romanenses, qui" etiam "post Concilium Tridentinum vixere, et Protestantes, exigui tantum esse momenti, si modo ulla sit omnino dissensio;"^a nominat^b A. Vegam, Tapperum, Pererium, Eisengrenium etc. de quibus omnibus suprâ.

14. R. Montacutius, episcopus nunc nisi fallor Cicestriensis, [in †] libro (eujus et antea mentio facta) quem 'Appello Cæsarem' illi appellare visum est,^c acriter contendit contra Puritanos suos adversarios, Ecclesiam Anglicanam minimè docere aut tenere talem absolutam salutis certitudinem in justis, qualem de aliis fidei objectis expressè et directè per Deum revelatis habent: probat etiam illorum eruditorum Romanensium, quorum Fr. Whitæus, per quem liber approbatus, proximè meminit, sententiam:^d denique sic Puritanos ironicè compellans, inquit, "Sed vos fortè ex meliori luto ficti homines, non tantum omnia quæ ad præsentem justitiam spectant, æque certò cognita et perspecta habetis atque Jesum Christum in cælis esse, sed et, etc."

15. Robertus Abbottus, episcopus nuper Sarrisburiensis^e concedit, 'vulgus fidelium, non ita certò et infallibiliter suam in particulari salutem credere, ut ab omni formidine contrarii et dubitatione liberi sint,' hac ratione additâ, "Quia conclusiones quæ ex principiis et immediatis Dei verbis ad nos ipsos de salute nostrâ derivantur, ex seipsis ignotæ sunt, et quicquid habent lucis, à principiis tantum id habent; proindè non adeò

† [Ed. 2^a tandem.]

^a [p. 167.]

^b vide marg.

† [Ed. 2^a]

^c cap. 11.

^d ibidem pag. 212, 213.

^e in suâ defensione Perkiniani Catholici Reformati contra Bishoppum de certitudine salutis [A defence of the Reformed Catholic of Mr W. Perkins against the bastard Counter-Catholic of D. Bishop, Seminary Priest] parte 1 p. 285.

is a proposition or sentence mediately divine, the other is inferred and concluded from that which is divine; for the rule by which a man discerneth himself to believe and repent is the doctrine of God's word, declaring the quality of faith and repentance;" truly it is frivolous, for the whole question is about the certainty of the application of the rule and of its degree, which he had before granted not to be equal to the certainty of divine faith: whence he finally acknowledges that "the difference between some learned Papists (who lived" even "since the Trident Council) and" Protestants "concerning this question is very small (if it be any at all.)"^a He names^b Andreas Vega, Tapper, Pererius, Eisengrenius, concerning all of whom see above.

14. Richard Montague, now if I mistake not Bishop of Chichester, in the before mentioned book which he has thought good to call *Appello Cæsarem*,^c strenuously contends against his Puritan adversaries, that the Anglican Church by no means teaches or holds that the just have such an absolute certainty of their salvation, as they have of the other objects of faith which are expressly and directly revealed by God. He also approves^d of the opinion of those learned Romanists, of whom Francis White, by whom Montague's book was approved, made mention as cited in the number immediately above; and finally ironically addressing the Puritans, he says, "Marry you haply, men of other making, do know all things that belong not only unto your present justification as assuredly as you know that Christ Jesus is in heaven; but are as sure &c."

15. Robert Abbot, lately Bishop of Salisbury,^e grants that 'the common sort of faithful men do not believe their own particular salvation so fully and infallibly, as to be altogether freed from fear and doubt' of the contrary; adding thereunto this reason, "The conclusions concerning our own salvation, which are derived to ourselves from the very principles themselves and immediate words of God, because of themselves they are unknown, and have their light

† [Ed. 2^a
apprehendi]

* [p. 110.]

firmâ fide vel assensu apprehenduntur† ut principia ipsa, hominibus fortè dubitantibus, ne in principiorum applicatione* et usu aliquid admiserint vel admittant erroris, etc.,” quod quid aliud reipsa est, lector, quicquid verbo vel ille vel alii etiam contradicant, quàm certitudinem Minoris, ac proinde Conclusionis etiam, illius supra-formati syllogismi non esse æqualem certitudini Majoris, quæ fide divinâ et firmissimâ creditur, quia immediatum Dei verbum est; et communem et maximæ fidelium partis sensum id ipsum clarissimè testari.

^a in sua defensione Viæ ad veram Ecclesiam [Defence of the way to the true Church [cap. 16, n. 2 circa finem p. 136 [p. 83] et n. 4 p. 140, 141, [p. 84-86]

16. Vide etiam, lector, quia brevitati studeo, J. Whitæum (Fr[ancisci] supra nominati fratrem) ^a ubi post multa admodum perplexè et intricatè dicta, sententiam Vegæ aliorumque supra laudatorum admittere videtur, et hanc privatam fidelium de suâ salute persuasionem esse quidem effectum fidei vult, et mordicùs defendit, non tamen æquè certò et firmiter hoc fide apprehendi atque ea quæ immediatè revelata et expressè in Dei verbo scripta sunt.

^b in tom. 4 [Bellarmini] p. 613 et 614.

17. Vorstius in suo Anti-Bellarmino multùm à multis Protestantibus quondam laudato^b; “ In hac autem parte,” inquit, scilicet de certitudine præsentis justitiæ etc. “ primùm, meritò conquerruntur Evangelici, statum quæstionis non satis fideliter ab adversariis explicari solere. Non enim absolutam ejusmodi certitudinem, qualis est in historicâ fide, sed fiducialem persuasionem cum perpetuâ illâ inquietudine et dubitatione animi pugnantem, etc. homini fideli attribuimus; licèt hanc persuasionem multò certiolem esse statuamus, quàm ut Conjecturalis tantùm aut Moralitatis dici debeat; quum non ex obscuris signis aut frivolis conjecturis, neque ex incertâ aliorum hominum attestazione, sed ex interiore animi nostri sensu, seu potius arcano Spiritûs, Sancti testimonio, et apertissimis gratiæ promissionibus oriatur, eoque conscientiam planè

only from the principles, are not so firmly apprehended as the principles themselves, whilst doubts haply may be cast lest there be any error committed in the application and use thereof." and what else is this, reader, however either he or others may gainsay it in words, but that the certainty of the Minor, and therefore of the Conclusion also of that syllogism which was given above, is not equal to the certainty of the Major which is believed by a divine and most firm faith because it is the immediate word of God, and that the common sense also of the greater part of the faithful most clearly testifies the same.

16. See also, reader, because I study brevity, J. Whyte (the brother of the above-named Francis)^a where after having said many things in an extremely perplexed and intricate manner, he seems to admit the opinion of Vega and the others above-cited, and maintains and tenaciously defends that this private persuasion of believers about their own salvation is an effect of faith, but that it is not apprehended by faith as surely and firmly as those things which are immediately revealed and expressly written in the word of God.

17. Vorstius in his *Anti-Bellarminus*, which was formerly much praised by many Protestants;^b "But in this part," he says, viz. concerning the certainty of present justice &c. "in the first place, the Protestants justly complain that the state of the question is not for the most part explained faithfully by their adversaries. For it is not an absolute certainty such as is in historic faith, that we attribute to the believer, but a confident persuasion which excludes that perpetual inquietude and doubtfulness of mind &c. although we hold that this persuasion is far too certain to be rightly called conjectural merely or moral, since it arises not from obscure signs or frivolous conjectures, nor from the uncertain testimony of other men, but from the internal sense of our mind, or rather from the hidden witness of the Holy Ghost and the most manifest promises of grace, and thus makes the conscience altoge-

securam efficiat, etc. Pro hac igitur sententiâ (quæ tantam propriæ justitiæ certitudinem homini fideli attribuit, quanta ad conscientiam coram Deo tranquillandam, et perpetuam dubitationem excludendam, sufficit) hæc ferè argumenta Nostri afferunt, etc.” hæc ille, paulò mollius et melius quàm multi alii, sententiam Protestantium explicans.

^a de Rep.
Eccles. lib. 7
c. 11, n. 223.
^b [p. 111.]

18. Archiepiscopus Spalatensis; ^a * “ Fides nostra est circa thesin et hypotheticè, hoc est, dari remissionem peccatorum à Deo, si quis verè pœniteat eaque agat quæ ab illo Deus requirat ut eum justificet, et in hoc neminem fidelem hæsitare debere, certò scio; sicut neque in debitâ fiduciâ debet hæsitare qui plurimum confidat sibi dimitti peccata etiam in hypothesisi, à divinâ misericordiâ, ubi confidat etiam meritò, se esse verè pœnitentem; sed tamen in hypothesisi et absolutè fide, posse quenquam aut debere credere sibi esse remissa peccata, non video quicquam quod cogat. Video quidem multa quæ magnam ingerant probabilitatem de præsentâ gratiæ et justificationis; immò et moralem certitudinem per gravissimas et vehementissimas conjecturas; interim tamen non pauca quoque suppetunt ordinariè omnibus. etc.” Authorem ipsum adi, curiose lector: paulò post admodum prudenter inquit; “ Sinant ergo isti” (Protestantes) “ nos” (Romanenses) “ abjectâ hac fidei certitudine, [ex morali certitudine] consolationem sumere, et ex debito ac sancto metu cautius coram Deo ambulare; Ipsi verò modò caveant à nimiâ præsumptione, et inde se oscitantia non tradant, abundant in sensu suo, nec inde alteri alteros damnent, etc.” et inferius; “ Viderint ipsi interim, nos quoque videamus ut salvemus Pauli dictum valde consolatorium, ‘ Spiritus Dei testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filii Dei’.^b Sed ad hoc necessaria est discretio spirituum.” Hæc hujus viri in controversiis

^b [Rom. 8,
16.]

ther secure. In support of this opinion therefore (which attributes to the believer such a certainty of his own justice as suffices to tranquillize his conscience before God and to exclude perpetual doubting) our Divines bring forward nearly the following arguments." Thus he explaining the opinion of Protestants rather more gently and orthodoxly than many others.

18. The Archbishop of Spalatro; ^a "Our faith relates to the thesis and is hypothetical, *i. e.*, that forgiveness of sins is given by God, if a man be truly penitent and perform those things which God requires from him that He may justify him; and about this, certainly no believer ought to hesitate; as neither ought he to hesitate in proper confidence even as to the hypothesis, who is very confident that his sins are forgiven by the divine mercy, where he on good grounds is confident that he is truly penitent; but yet I see nothing which can compel us to assert that any one can or ought to believe as to the hypothesis and absolutely with faith, that his sins have been forgiven. I see indeed many things which produce a great probability about the presence of grace and justification, nay even a moral certainty by most weighty and vehement conjectures; at the same time, however, not a few things also occur ordinarily to all &c." Let the curious reader consult the author himself: he says a little after very prudently; "Let these" (the Protestants) "therefore suffer us" (Romanists) "having rejected this certainty of faith, to take comfort from moral certainty, and out of a due and holy fear to walk more cautiously before God; But let them at the same time beware of too much presumption, and that they do not from thence give themselves over to carelessness; let each one be firmly persuaded in their own minds, but let them not therefore mutually condemn the other." and lower down; "Let them in the mean time see to this, let us also take care to maintain that exceeding comfortable saying of S. Paul, 'The Spirit of God beareth witness with our spirit that we are the children of God.' ^b But to this end discernment of spirits is necessary." Such was the opinion of this man who was so thoroughly versed in the pre-

hodiernis exercitatissimi, et concordiaë inter partes studiosissimi sententia fuit.

19. Sed ut hanc fortasse multis nimis molestatam diatribam tandem concludamus.

1. Infirmis et pavidis conscientis quæ cum gravi et anxîa dubitatione sæpe luctantur, quæ etiam dubitatio, ex propria infirmitatis et imperfectionis justitiæ intuitu nata, virorum sanctissimorum mentes non rarò exercet, utrinque, præsertim morte imminente, ab omnibus fidelibus pastoribus occurratur; et tales sedulò admoneantur, ut hujusmodi dubitationibus dulcissimas Evangelii promissiones fortiter opponant; et fidem atque fiduciam sibi augeri instanter orent. Hoc Romanenses ipsi solenniter se et facere et fieri ab omnibus pastoribus jubere, protestantur, et gravissimam sibi injuriam à Rigidioribus Protestantibus fieri conqueruntur,* quando illi eis † impingunt quòd doceant et jubeant homines de Dei gratiâ et salute semper dubitare, provocant[es] ad sua ipsorum scripta et ad quotidianam praxin.^a

2. Neque etiam illa summi gradûs certitudo seu fidei divinæ plerophoria nimis importunè urgeatur, nec à fidelibus quasi præcisè necessaria exigatur (utinam moralem illam certitudinem de quâ suprâ dictum assequi possent omnes !)

1. ne pavidæ conscientiaë inde magis paveant; 2. ne timor Dei etiam filialis piorum animis excutiatur, aut saltem minuatur; et carnis securitas alatur, beneque operandi studium remittatur.^b

Solicitè studeant omnes utriusque partis suam de præsentî justitiâ et Dei gratiâ persuasionem, quantacunque illa sit, per bona opera magis magisque certam et firmam facere, ut monet Apostolus Petrus;^c “Quantum enim crescis in gratiam, tantum et in fiduciam dilataris,” inquit Bernardus.^d

Denique à nimis curiosâ et scrupulosâ de hujus

* [p. 112.]

† [Ed. 1^{ma} quando illis]

^a vide etiam Cassand. in Consult. art. 4 de Justif. [p. 914.]

^b vide Cassandrum loco supra citato [p. 914.]

^c 2 [Ep. Petri c.] 1 [v. 10 sec. vers. vulg.]
^d serm. 3 in Cant [§ 5 vol. 1. p. 1274 * E.]

sent controversies and very desirous of concord between the parties.

19. But at length to conclude this discussion, to many perhaps very wearisome.

I. Let all faithful pastors come to the relief of weak and trembling consciences which have often to contend with grave and anxious doubt (which doubtfulness moreover not seldom oppresses the minds even of the holiest men, since it springs from the contemplation of their own weakness and the imperfectness of their justice), especially when death is at hand; and let such be sedulously admonished, to oppose strongly the exceeding comfortable promises of the Gospel to such doubts, and to pray earnestly that their faith and assurance may be increased. This the Romanists protest solemnly that they are wont both to do and to order to be done by all pastors, and they complain that the more rigid Protestants most grievously calumniate them, when they accuse them of teaching and bidding men to doubt continually of God's grace and their salvation, appealing to their own writings and to their daily conduct.^a

II. Nor on the other hand should that certainty of the highest degree, or the full assurance of divine faith, be too importunately urged nor be exacted from the faithful as absolutely necessary (would that all could attain to that moral certainty of which we have spoken above!) 1, lest trembling consciences should thence tremble still more; 2, and lest even the filial fear of God be banished from the souls of the holy, or at least lessened in them; and the carnal security be fostered, and the desire of acting uprightly be relaxed.^b

Let all of both sides be most anxiously studious to make through good works (as the Apostle S. Peter admonishes^c) their persuasion (however great it may be) of their present justice and God's grace to them more and more sure and firm: for "by how much thou growest in grace, by so much," says S. Bernard,^d "wilt thou be increased in assurance."

Lastly, let the Theologians of both parties refrain from

certitudinis gradu et mensurâ disputatione, maximè autem ab omni temerariâ et audaci cum aliorum dissentientium damnatione conjunctâ definitione, utriusque partis Theologi abstineant. Atque hæc de hac controversiâ satis sint.

CAPUT III.

Quo de certitudine prædestinationis et finalis in fide et justitiâ perseverantiæ, et simul an fides et justitia semel habita amitti possint, paucis disseritur.

1. NIHIL certius quàm certitudinem Prædestinationis sive Electionis ad gloriam, sine certitudine finalis perseverantiæ, ab homine verè fidei haberi non posse, ut omnibus constat; cùm autem de hac, absoluta certitudo hic nec habeatur, neque etiam sine speciali revelatione haberi possit, ut jam dicturi sumus; certè necessario inde efficitur, neque etiam illius certitudinem absolutam et fidei, haberi posse.

2. Sententia M. Buceri in Colloquio Ratisbonensi (de quâ etiam * suprâ^a nonnihil dictum) “Christianum hominem non esse qui non eâdem fidei certitudine credat, etc.” aliorumque multorum et magni nominis Protestantium, sed in hac causâ plus æquo rigidorum, nec cum clarissimis Scripturæ testimoniis nec cum Patrum sententiis congruit: consulantur qui controversias hodiernas fusius tractant. Ut tamen aliquid dicamus, quid clarius illis B. Augustini; ^b “Quis ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? quia id occultari opus est in hoc loco ubi cavenda est elatio, etc.” et; ^c “Ad quam vocationem etc.” et; ^d [“Hanc spem tenentes etc.”], et; ^e “Licèt sancti,” inquit, “de suæ perseverantiæ præmio certi sint, de ipsâ tamen

* [p. 113.]

^a [supra lib. 3, c. 2 § 8.]^b libr. de correptione et Gratiâ cap. 13

[§ 40 t. 10. 772 D.]

^c de bono

[nunc, Do-

no] Perse-

verantiæ

liber ad Prosperum

et Hilarium]

2 cap. 13

[s. 33. t. 10. 838 F.]

^d ibid.

cap. 22

[§ 62

p. 855 C.]

^e de Civ. Dei, l. 11

c. 12 [t. 7

p. 282.]

a too curious and nice disputation about the degree and measure of this certainty, but more especially from all rash and audacious definition coupled with a condemnation of those who dissent from them. And let these things be enough concerning this controversy.

CHAP. III.

A short enquiry concerning the certainty of Predestination and final perseverance in faith and justice, and at the same time, whether faith and justice once possessed can be lost.

1. **N**OTHING is more certain (as is evident to all) than that a true believer cannot have a certainty of his Predestination or Election to glory, unless he have the certainty of his final perseverance ; but since, as we shall presently show, there is not in this life an absolute certainty about this latter, nor indeed can there be without a special revelation, certainly it follows of necessity from thence that we cannot have a certainty absolute and of faith of the former either.

2. The opinion of Martin Bucer in the Conference of Ratisbon (of which we have already^a said somewhat) that “he is not a Christian man who does not believe with the same certainty of faith &c.,” and of many other Protestants, and those too of great name, but in this matter over rigid, agrees neither with most decisive testimonies of Scripture nor with the opinions of the fathers : consult those who treat more fully of modern controversies. But, that we may not entirely pass it over, what is more clear than the following passages from the Blessed Augustine ;^b “Who is there of the multitude of the believers who, so long as he lives in this mortal life, may presume that he is in the number of the Predestinated ; because that must needs be hidden here where we must guard against being puffed up &c. ;” and ;^c “To which calling &c.” and ;^d [“ Holding this hope &c.”] and ; “The holy,” he says,^e “although they are certain of the reward of their perseverance, yet

perseverantiâ suâ reperiuntur incerti; quis enim hominum se in actione profectuque justitiæ perseveraturum usque in finem sciat, nisi aliqua revelatione ab illo fiat certus, qui de hac re justo latentique judicio non omnes instruit, sed neminem fallit? etc.” et in plurimis aliis Augustini locis eadem legere est: vide et Prosperum,^a et Authorem de Vocatione Gentium,^b et, ut alios antiquiores omittam, Bernardum;^c “Quis potest dicere, ‘Ego de electis sum’? etc. certitudinem,” inquit, “utique non habemus; sed spei fiducia consolatur nos, ne dubitationis hujus anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sunt signa quædam et indicia manifesta salutis, ut indubitabile sit, eum esse de numero electorum, in quo ea signa permanserint. Propter hoc, inquam, ‘quos præscivit Deus, et prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui;’^d ut quibus certitudinem negat causâ sollicitudinis, vel fiduciam præstet gratiâ consolationis. Hoc enim est unde semper solliciti, et ‘in timore et tremore humiliemur’ necesse est ‘sub potenti manu Dei,’^e quoniam quales sumus, nosse possumus vel ex parte; quales autem futuri simus, id nosse penitus nobis impossibile est. Itaque ‘qui stat videat ne cadat:’^f et in eâ formâ, quæ salutis indicium est, et argumentum prædestinationis, perseveret atque proficiat. etc.”^g hunc authorem in controversiâ de justificatione Protestantes etiam rigidiores imprimis laudare solent: Quæ autem ad hæc à contrâ sentientibus responderi solent, nimis frivola sunt et à Patrum mente omninò aliena, immò planè contraria; audeo provocare ad judicium cujuslibet Lectoris in quo vel unciã est judicii liberi et non affectui mancipati.

* 3. De finali fidelium perseverantiâ plurimi etiam doctissimi Protestantes contra alios gregales suos sic statuunt, quòd verè fideles, si in timore et eum piâ sollicitudine pergant salutem

^a in Resp. ad[capitula] ob[jectio-]num] Vincencia[naru]m Resp. ad [capit.] duodecimum [t. 1, p. 133.]
^b lib. 2. c. ultimo [c. 37] inter opp. Prosperi Aquit. t. 1, p. 495.]
^c serm. 1 in Septuagesima [§ 1 t. 1 p. 811 B.]
^d [c. 8 ad Rom. v. 29.]

^e [1 Ep. Petri c. 5 v. 6.]

[1 ad Cor. c. 10, v. 12.]

^g vide eundem Epist. 107 [§ 5 t. 1, 112 F.]

* [p. 114.]

are they uncertain about their perseverance itself; for what man is there that knows that he will persevere unto the end in the performance and increase of justice, unless he be made sure by some revelation from Him, Who from a just and hidden judgment does not instruct all, but deceives none, on this matter;” and the same may be read in many other passages of S. Augustine; see also S. Prosper of Aquitaine^a and the Author of the Treatise de *Vocatione Gentium*,^b and, to omit others more ancient, S. Bernard;^c “Who can say, ‘I am of the elect’? &c. Certainty,” he says, “we have not; but the assurance of hope consoles us, lest we should be altogether tortured by the anxiety of this doubtfulness. For this cause, signs and manifest tokens of salvation are given, that it might be indubitable that he in whom those signs shall have remained is in the number of the elect. For this cause, I say, ‘whom God hath foreknown He hath also predestined to become conformed to the image of His Son,’^d that to whom He denies certainty lest they lose their carefulness, to them He may at least afford confidence that they may have consolation. For this is necessary in order that from thence we may be always careful and ‘be humbled in fear and trembling under the mighty hand of God,’^e since we may know, at least partially, of what sort we are; but to know of what sort we shall be, is altogether impossible to us. Wherefore ‘let him that standeth take heed lest he fall;’^f and let him persevere and advance in that form which is the mark of salvation and the proof of predestination.”^g Protestants, even the more rigid, are wont in the controversy about justification, to cite this author especially. The answers that are wont to be made to these passages by those who hold the opposite opinion are quite frivolous and altogether foreign to the meaning of the Fathers, nay, evidently contrary to it: I confidently appeal to the judgment of any reader, in whom there is a single ounce of free judgment not enslaved to preconceived opinions.

3. Concerning the final perseverance of believers, many very learned Protestants teach against others of their associates, that the true believers, if in fear and with pious solicitude they go on to work out their salvation, both can

operari, de continuo divinæ gratiæ auxilio in istâ operatione, et ex eodem, de suâ finali in fide et gratiâ perseverantiâ certi esse possint ac debeant, nisi ipsi sibi desint; penes Deum certè, quo minus perseverent, non staturum: Sed absolutam certitudinẽ fidelibus, se officio suo in posterum nunquam defuturos, sed in fide vivâ et per charitatem efficaci, uti fideles decet, in hac militiæ Christianæ scholâ semper perseveraturos, uspiam in Scripturis promissam esse negant: Immò nec necessarium nec utile fuisse ut promitteretur; quinimò ut non promitteretur, utilissimum affirmant. Hanc sententiam tuentur, ut constat, Lutherani omnes, et qui in Fœderato Belgio Remonstrantes vocantur, aliique et alibi doctissimi Protestantes ut jam dicemus. Maximâ enim animorum et calamorum contentione de hac quæstione inter Protestantes etiam ipsos semper certatum fuit, atque etiamnum certatur.

4. Existimant enim Protestantes antè nominati, fidem justificantem et gratiam regenerantem non esse electorum propriam, sed aliis quoque multis vocatis, immò omnibus infantibus baptizatis, non *κατὰ δόκησιν* tantùm, nec solùm sacramento tenus, quemadmodum diversum sentientes respondent, sed verè etiam contingere; qui tamen à fide et gratiâ justificante excidere possunt, immò non rarè excidere solent, cùm totaliter, tum finaliter.

Mitissimè et mollissimè G. J. Vossius Patrum, qui de aliquorum fidelium et justorum defectione loquuntur, sententiam exponens, ita inquit;^a “Unde consequitur, non aliud eos,” Patres scilicet, “voluisse, quàm primordia quidem veræ fidei et Christianæ spei ac charitatis, communia esse electis ac reprobis; et quamdiu electus in initiis istis, et ut ita dicam inter atria, adhuc hæret, de electione sui certum non esse, cùm non desint qui ab eo fidei gradu resiliant nec redeant; decidant nec resurgant. etc.” Aliquantò

^a in præfatione Hist. de controversiis Pelagianis, etc. sign. * 4 verso

and ought to be certain of the continual aid of divine grace in so doing, and therefrom, of their final perseverance in faith and grace, unless they be wanting to themselves; that certainly if they do not persevere, it will not be ascribable to God: But they deny, that an absolute certainty is anywhere in Scripture promised to believers, that they will never hereafter be wanting in their duty, but will always persevere in a faith living and efficacious through love in this school of Christian warfare as it beseems believers: Nay they affirm, that it is neither necessary nor useful that it should have been promised, on the contrary that it is most useful that it has not been promised. This opinion, as is well known, all the Lutherans maintain, and those who in the Belgian Confederation are called Remonstrants and other most learned Protestants in other places also, as we will presently show: for this question has always been disputed, and is even now disputed among Protestants themselves with very great contention.

4. For the above-named Protestants think, that justifying faith and regenerating grace are not peculiar to the elect, but also pertain (not merely, as those answer who think differently, by a charitable supposition, nor merely in the sacrament, but even truly) to many others who have been called, nay to all baptized infants; but that these persons can fall away from faith and justifying grace, nay are wont not seldom to fall, both totally and finally.

G. J. Vossius, softening down as much as possible the opinion of the Fathers who speak of the falling away of some of those who are believers and just, says thus;^a “Whence it follows that they” (to wit the Fathers) “merely meant, that the beginnings of true faith and of Christian hope and love are common to the elect and the reprobate; and that an elect person, so long as he remains in these commencements and in the threshold, so to speak, is not certain of his election, since there are not wanting persons who depart from this degree of faith and return not, who fall and rise not.” Rather more fully

^a de Corrept.
et Grat.
cap. 13 [§ 40
t. 10. 772 E]

pleniùs Augustinus ; ^b “ Credendum est, quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur incipere vivere, et aliquamdiu fideliter et justè vivere, et postea cadere, neque de hac vitâ, priùsquàm hoc eis contingat, auferri. etc.”

• [p. 115.]

* Atque hanc suam sententiam plurimis Sanctæ Scripturæ locis, Patrum testimoniis, Augustini etiam ipsius, et qui eum sequutus est Prosperi, qui prædestinationem absolutam defenderunt, variis etiam rationibus confirmant.

5. Existimant etiam, ipsos electos justificatos, lapsos in gravia et atrocìa peccata et crimina conscientiam vastantia, ut adulterium, homicidium, idololatriam, abnegationem Christi, etc. à fide vivâ et justificante posse ad tempus deficere, et reipsa interdum deficere, quodammodo et ferè totaliter, licèt non finaliter.

Dixi, quodammodo et ferè totaliter, quia sic se intelligi volunt, etiam qui hanc sententiam acerrimè propugnant.

^b in diatriba
de Amis-
sione etc.
justificat.
c. 9. p. 48 et
19 p. 46,
47.]

R. Thomsonus Anglus ; ^b “ Cùm dicimus, electum justificatum excidere à fide et justificatione. non ita intelligendi sumus quasi statuamus, ipsum fidei habitum aut omnes fidei effectus simul auferri, etc.” et paulò post ; “ Nemo certè nostrorum sic insanivit unquam. Exempla enim Ecclesiarum initio Apocalypseos planè contrarium evincunt ; ^c ‘ Esto vigilans et confirma cetera quæ moritura erant ;’ et [in Epistolâ Johannis]^d disertè dicitur, ‘ Semen Dei in illis manere, ideoque non posse peccare,’ scilicet ad mortem, id est finaliter, ut post Veteres aliquot, etiam nostrorum quidam rectè exposuerunt, Spiritus Sanctus enim certò excitaturus est semen Dei ad salutarem pœnitentiam, cui illud sevit ; ‘ Est,’ inquit Cyprianus, ^e ‘ in illis quod pœnitentiâ sequente revalescat.’ Non itaque hoc est quod docemus, sed dicimus, fidem quoad actum illum vivum quo justificat, delinquere, et justificationem

^c c. 3. Apoc.
[v. 2.]

^d 1 Ep. Joan.
c. 3. v. 9.

^e Ep. 52
et. 55 § 11.]

says S. Augustine;^a “It is to be believed, that some of the sons of perdition do, although they have not received the gift of persevering to the end, begin to live in the faith which works by love, and for some time live faithfully and justly, and afterwards fall, and that they are not taken from this life before that this do happen unto them.” And this their opinion they confirm by many passages from Holy Scripture and testimonies from the Fathers, even from S. Augustine himself, and from his follower, S. Prosper, both of whom maintained the doctrine of absolute predestination; and also by various reasons.

5. They also think, that even the elect who have been justified, if they fall into great and heinous sins and crimes which devastate the conscience, such as adultery, murder, idolatry, denial of Christ, &c. may for a time fall away, and in fact sometimes do fall away from living and justifying faith, to a certain extent and almost totally, though not finally.

I have said, to a certain extent and almost totally, because even those who most strenuously contend for this opinion, wish to be thus understood.

Richard Thomson an Englishman;^b “When we say that an elect person who has been justified falls away from faith and justification, we are not to be so understood, as if we held that the habit itself of faith, or all the effects of faith, is taken away at the same time.” and a little after; “Certainly none of our party has ever been so mad; for the examples of the Churches at the beginning of the Revelation clearly show the contrary,^c ‘Be watchful and strengthen the things which remain, which are ready to die,’ and in the first Epistle of S. John^d it is expressly said, that ‘the seed of God remains in them, and that therefore they cannot sin,’ viz. to death, that is, finally, as, after some of the Ancients, some divines of our party also have rightly expounded it: for the Holy Ghost will certainly quicken the seed of God to saving penitence in whom He has sown it: ‘there is,’ says S. Cyprian,^e ‘in them what may regain strength by subsequent penitence.’ This therefore is not what we teach, but we say that faith, as regards that living act whereby it justifies, fails, and that

interrumpi donec homo lapsus, per pœnitentiam ad gratiæ thronum confugiens, veniam et pacem impetret. etc.”

^a Hist[orice de contro-
versiis quæ]
Pelag[ius
etc. move-
runt] lib. 6.
Thes. 13.
[§ Cum verò
justifican-
tem] p. 575
[p. 596,
ed. 2^a]

In eandem sententiam eruditissimus Vossius;^a
“Cum verò justificantem fidem deficere posse et reapse interdum deficere, [sancti] Patres docent, intelligunt hoc ratione actuum, qui è potentiâ sivè habitu fidei emanant. Nam potentiam hanc, quam dicere possumus semen fidei actualis, haud planè tolli, saltem in electis, minimè diffidentur; sed otiosam fidei aut charitatis potentiam, fidei aut charitatis nomine haud dignantur, eò quòd talis non sufficiat ad salutem; unde optimè Martinus Cellarius, sive Borrhauus,^b ‘Fidei virtus non jacet iners, non languet, non friget, sed negotiosa est, fervet ac calet. etc.’ et . . . Gregorius,^c ‘Nunquam est Dei amor otiosus, * operatur enim magna, si est; si verò operari renuit, amor non est.’”

^b lib. de
operibus
Dei [fol. 69
edit. 1527.]

^c Hom. 30
habita die
festo Pente-
costes[§ 2]
* [p. 116.]
† [Edd. illo.]

^d loc. citato
circa finem
capitis
[p. 52.]

^e in sua ani-
madversione
in hanc
Thomsoni
diatribam
cap. 9.
pag. 139.

Digna proinde sunt illa † equidem Thomsoni verba; ^d “Est autem hoc loco notanda et diligenter attendenda summa Dei in electos suos benignitas et misericordia, quòd ex eorum animis habitum hunc fidei effluere nunquam sinit. Cùm enim in fidei actum non nisi mediante et coeperante cum Spiritûs Sancti gratiâ’ (malè R. Abbotus^e legit, Typographi errore non observato, et ex eo in Authorem inaniter insurgit, ‘coeperante cum Spiritu Sancto gratiâ’) “voluntate nostrâ, prorumpamus, quo suavius, promptius, citius mens internè sese exerat, et in Deum feratur, ejusdem Spiritûs beneficio et initio datus est habitus ille, et postea diligenter in cordibus electorum conservatur, ut, si quando labantur et à Deo recedant, facilius revocentur ad pœnitentiam; quod in Davide et Petro manifestissimè videre est, quorum ille inauditâ tantùm concione Nathanis, hic galli cantu, aut potius suavissimo Christi etc. aspectu ad pœnitentiam conversus

justification is interrupted until the man who has lapsed, flying (through penitence) for refuge to the throne of grace, obtain pardon and peace."

The most learned Vossius^a supports the same opinion ; " But when the holy Fathers teach that justifying faith can fail, and in reality does sometimes fail, they mean this in respect of acts which flow from the power or habit of faith. For they by no means deny, that this power, which we may call the seed of actual faith, is not altogether taken away, at least in the elect, but they do not deign to call the inoperative power of faith or love by the name of faith or love, because it will not suffice to salvation ; whence Martin Borrhous Cellarius^b says excellently, ' The virtue of faith lies not inert, does not languish, does not freeze, but is busy, warm and hot,' and S. Gregory the Great,^c ' The love of God is never idle, for it works great things, if it is love, but if it refuses to work, it is not love.' "

Those words therefore of Thomson^d are indeed worthy of notice ; " But we must here mark and diligently attend to the exceeding great kindness and mercy of God towards His elect, in that He never allows this habit of faith to flow out of their souls. For since it is only when our will is a medium and a fellow-worker with the grace of the Holy Ghost," (Robert Abbot^e from not having observed the typographical error, has wrongly read, " when grace co-operates with the Holy Ghost," and thence causelessly attacks the author) " that we break out into the act of faith, whereby the mind more pleasantly, promptly, and quickly raises itself internally and is borne to God, and by the gracious act of the same Spirit, that habit is both at the beginning given, and afterwards is diligently preserved in the hearts of the elect, so that if at any time they lapse, and go back from God, they may the more easily be recalled to penitence ; as may be most manifestly seen in David and S. Peter, of whom the first by the scarce heard discourse of Nathan, the other by the crowing of the cock, or rather by Christ's all-gracious look . . . was turned to penitence." The same thing may be

a loco supra
citato [lib. 6
thes. 13]
pag. 575
[p. 597
§ Quòd verò]

est, etc.” Idem legere est apud Vossium;^a
“ Quòd verò dicebamus, potentiam sive habitum
fidei non planè extingui, etiam cùm fides renuit
operari, eoque salvifica non est, id mirè ob ocu-
los ponit immensam Dei bonitatem, etc.” vide
Authorem.

b Historiæ
[de contro-
versis quæ]
Pelag[us
etc. move-
runt. sign.
* * 4 verso.]

6. Immò contendit idem Vossius, “ multos
Patrum agnovisse quendam fidei ac pietatis gra-
dum ad quem ubi quis adscenderit, excidat nun-
quam; atque etiam de æternâ sui electione sit
certus;” (illius verba sunt in Epistolâ ad Lectorem
Historiæ Pelagianæ præmissâ^b) de quo tamen
multi alii vehementer dubitant, an citra specia-
lem revelationem id fieri possit, fusè tamen id
multis Patrum sententiis adductis confirmare
nititur;^c “ Talium fides,” inquit, “ dicitur con-
firmata seu roborata, sive, ut vulgò appellant,
radicata; qualis non solùm Apostolorum erat,
postquam miraculosè Spiritum Sanctum accepe-
rant; sed et olim multorum Sanctorum fuit, et
nunc est, in quibus fidei donum paulatim preci-
bus ac crebris actibus piis ita est auctum, ut
tandem fidelem reddiderit stabilem ac insupera-
bilem. etc.” quæ apud Authorem ipsum, Lector
studiose, legere ne graveris.

c lib. 6. thes.
13. p. 585 et
seq. [p. 606
§ Ac hujus-
modi qui-
dem.]

^d [p. 117.]

* 7. Negant autem omnes omnino cùm Protes-
tantes tum Romanenses, quameunque de prædes-
tinatione sententiam tueantur, electorum fidem
et justitiam, utcunque ad tempus deficiat seu
amittatur, finaliter amitti posse, ut constat;
siquidem impossibile est, prædestinatum seu elec-
tum posse à gratiâ finaliter excidere, et ex electo
reprobum fieri, etc. manifestam enim contradic-
tionem implicat, etc.

8. Hanc sententiam de fidei et gratiæ justifi-
cantis amissibilitate, ratione prædictâ, defendunt,
ut dixi, omnes Lutherani, quorum innumeri penè
tractatus et disputationes hac de re extant; inter
et post alios, nuper Anno 1621 opposuit Barth.
Battus, S. Theologiæ Professor in Academiâ

read in Vossius;^a “What we said, that the power or habit of faith is not altogether extinguished, even when faith refuses to work, and therefore is not saving faith; this in a wonderful manner puts before our eyes the boundless goodness of God.” see the Author.

6. Nay the same Vossius contends that “many of the Fathers recognised a certain degree of faith and piety which when any one has reached, he will never fall away; and will even be sure of his eternal election” (these are his words in the Epistle ad Lectorem^b prefixed to his History of Pelagian controversies) about which, however, very many others much doubt, whether it could be without a special revelation; but he endeavours at great length to prove it by bringing forward many passages from the Fathers;^c “The faith of such persons,” he says, “is said to be confirmed, or strengthened, or, as it is now commonly termed, rooted; such as was not only that of the Apostles after they had miraculously received the Holy Ghost, but also was formerly and is now that of many Saints in whom the gift of faith has been little by little so increased, by means of prayers and pious acts, as to have finally rendered the believer stable and unconquerable. &c.” grudge not, studious reader, to peruse what follows in the Author himself.

7. But all without exception, as well Protestants as Romanists, whatever opinion they may hold about predestination, deny that the faith and justice of the elect, however it may for a time fail or be lost, can be lost finally; which is self-evident; since it is impossible that a person who has been predestined or elected should finally fall away from grace, and from an elect person become a castaway, for it involves a manifest contradiction.

8. This opinion of the possibility (in the aforesaid manner) of losing faith and justifying grace is defended, as I said, by all Lutherans, by whom almost numberless treatises and disputations are extant on this subject; among and after others Bartholomew Battus, Professor of Divinity in the University of Geyphiswald. has lately A.D. 1621

^a [Antapologia, hoc est Vindicatæ veritatis de possibilitate apostasias sanctorum, sive amissionis gratiæ in electis. Gryphisw. 1621.]

^b in Pietate ordinum Hollandiæ, etc. pag. 24, 25, [t. 3. p. 106.] et in disquisitione An Pelagiana sunt ea dogmata quæ nunc sub eo nomine traducuntur

Paris. excus. an[no 16]22 pag. 123 et seq. aliquot. [t. 3. p. 373, § Sexto Quod docetur.]

^c Hist. [de controver. &c.] Pelag. lib. 6. thes. 11, 12, et 13.

^d in confirmatione thesios 12. pag. 566. [pag. 587.]

^e Anti-bogermanni parte 2. [Respon-siones ad annotat. J. Bogermanni, pars altera] cap. 18 et 19. 1. cap. 21.

* [p. 118.]
^f lib. supra citato cap. 24 pag. 566 et seq.

Gryphiswaldensi, librum ^a super hoc argumento libello Sebast. Benefeeldi S[anctiæ] Theologiæ professoris in Academiâ Oxoniensi. Lege lector (si ita tibi visum fuerit) Philippum Melancthonem, communis Germaniæ præceptor olim à Protestantibus habitus et appellatus, cum suis sequacibus, viris doctissimis et in multis moderatissimis.

Remonstrantes omnes in Belgio Fœderato sic nuncupati, qui plurima hac de re scripta ediderunt.

Hugo Grotius, vir omnifariâ eruditione præditus.^b

Ger. Jo. Vossius, vir in Patrum lectione versatissimus, ex iisdem idem fusè demonstrat; ^c immò^d hæc habet verba; “Communem fuisse antiquitatis sententiam, quam diximus, soli hodie negare possunt, qui cætera fortasse viri sunt non ineruditi, sed in antiquitate tamen planè sunt hospites: vel animum habent unius et alterius sententiis ita mancipatum, ut eorum oculis videre malint quàm suis, cumque iis errare præoptent quàm cum aliis bene sentire. etc.”

those" good "works merely which precede the faith of Christ, and flow solely from the knowledge of the law; since he was disputing against the Jews, who thought that the law was sufficient to them for acquiring justice and salvation: but that S. James speaks of the works which follow faith, and spring from it, and are governed by it, without which indeed," as Estius rightly says, ^a "faith is useless. By works of this sort therefore," he says, "a man is justified, as well because by them, as by actual justice, he is, and is declared, truly just, and for that reason pleasing to God; as also because it is necessary that justice be preserved by them; and lastly, because by works it is increased," strengthened, "and perfected. Thus S. Augustine in many places reconciles S. James with S. Paul, as in his treatise de Fide et Operibus,^b de Praedestinatione Sanctorum,^c in the preface to his second exposition of Psalm 32."^c "And this mode of agreement," says Suarez,^f "S. Anselm^g also indicates, and S. Thomas has briefly insinuated the same,^h &c., and" many other Romanists also, on which subject consult the authors themselves in the passages pointed out by Suarez and others.

14. This however is most certain, that as in the whole work of our justification faith without works is useless to justifying, so also works without faith; yet "the chief place always belongs to faith, as being the director and ruler," as Estiusⁱ says. It is also most certain, that our works, even those that proceed from faith, do in no ways properly or of condignity (as the Romanists speak) merit the increase of justice or justifying grace, much less eternal glory; as with God's help, we shall prove more at length in the following book. And let us here bring this book to a close.

*Episcopi Ecclesiæ Anglicanæ in [Piâ et]
Catholicâ [Christiani hominis] Institu-
tione, editâ tempore Henrici 8. ut lib.
1. [cap. 5 § 13.] dictum est ; de Justifi-
catione.^a*

^a [§ Quæ
autem bona
opera.]

BONA opera, quæ à justificatis fide vivâ effi-
ciuntur, valent ea quidem, tum ad fidei et chari-
tatis incrementum in nobis ; tum ad justifica-
tionis nostræ augmentum et conservationem ac
denique æternæ salutis adeptionem.

^b [§ Deinde
hæc fides
p.143 verso]

Enchirdion Coloniense de Justificatione.^b

^c [c. 2
Jacobi
v. 24.]

“ De hisce Spiritûs et fidei operibus, tum quæ
in pœnitentiâ per operationem gratiæ prævenien-
tis justificationem præcedunt ; tum quæ in ipsâ
justificatione peraguntur ; tum quæ justifica-
tionem sequuntur, propriè dixit Apostolus Ja-
cobus,^c ‘ Videtis quoniam ex operibus justificatur
homo, et non ex fide tantùm.’ Jam si forsân
in dubium voces, quidnam sit quòd hæc opera,
quæ fides per charitatem post justificationem
operatur, justificationem sequi dicimus, et tamen
eisdem hominem justificari cum Jacobo pronun-
ciamus ; † Respondemus, hominem non justificari
ad eum * modum, ut semel veluti in momento
justificatus, aliâ justificatione amodo non in-
digeat : Quinimo qui justificatus est per gratui-
tam remissionem peccatorum, et impartitionem
Spiritûs, dehinc continuâ et perpetuâ justifica-
tionis auctione indiget, donec hoc corpore exu-
tus, in æternâ vitâ glorificetur.”

† [Ed. 2^a
Forbesii di-
camus . . .
pronun-
ciamus.]
* [p. 17^s.]

The Bishops of the Anglican Church in the Catholic Institution [of a Christian man] published in the time of Henry VIII. (as was mentioned in book I., c. 5, § 13.) The article of justification.^a

“ Our good works which we do, being once justified, by faith and charity, avail both to the conservation and perfection of the said virtues in us, and also to the increase and end of our justification and everlasting salvation.”

The Enchiridion Coloniense of Justification.^b

“ Of these works of the Spirit and faith, as well those which in penitence precede justification by the operation of preventing grace ; as those which are performed during justification itself ; as also those which follow justification, the Apostle S. James has properly said, ‘ Ye see that a man is justified by works, and not by faith only ;’^c but now, if perchance you shall call it in question, how we say that these works, which after justification faith worketh through love, follow justification, and yet assert with S. James that by them a man is justified ; we answer, that a man is not justified in such a manner, that, having been justified once as if in an instant, he thenceforward needs no other justification : but rather, he who has been justified by the gratuitous forgiveness of his sins and the gift of the Spirit, needs thenceforward a continual and perpetual increase of justification, until having put off this body, he be glorified in eternal life.”

* LIBER QUINTUS

De Justificatione, in quo de meritis operum
agitur.

CAPUT PRIMUM.

Sintne opera bona justorum verè ac propriè meritoria salutis æternæ: usque ad Caput 7. Libri [5ti] Bellarmini.

1. **F**RUSTRATA inter partes contenditur, an Meriti vox uspiam in Scripturis inveniatur; [atque †] etiam [an] in Ecclesiâ, hoc præsertim sæculo, ferenda sit, et non potius in totum damnanda.

† [Ed. 2^a]

2. Latinum Meriti vocabulum in fontibus, ut constat, legi non potest, licèt extet apud Veterem interpretem Ecclesiastici, (qui liber extra Canonem Scripturæ positus est,) ^a ubi pro κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ reddidit ille, non quidem ad verbum, sed tamen juxta communiter receptum tunc temporis in Ecclesiâ loquendi morem, ‘Secundum meritum operum suorum.’ et ad Hebr. 13. 16. ubi Apostolus ait, talibus hostiis εὐαρεστεῖται ὁ Θεός (‘placatur’ ^b vel ‘conciliatur Deus,’ ^c ut aliqui vertunt; vel ut alii potius, ‘delectatur Deus,’ ^d ‘placetur Deo,’ ^e) reddidit ille, ‘Deus promeretur;’ ‘passivè, etsi parùm Latinè,” ut inquit Estius, ^f usurpato merendi verbo. Primasius

^a cap. 16
v. 14 [at. 15]^b [Erasmus
in loc.
Augustinus
de Civit.
Dei lib. 10
cap. 5
placetur.]^c [Cajetan-
us.]^d [Beza in
loc.]^e [Estius
in loc.]
in locum

BOOK V.

Of Justification : Of the merits of Works.

CHAP. I.

Whether the good works of the just are truly and properly meritorious of eternal salvation ; or not : down to the seventh chapter of the 5th Book of Bellarmine.

1. **F**RUITLESSLY is it contended between the dissentient parties, whether the word ‘merit’ is anywhere found in Scripture ; also, whether it ought to be tolerated in the Church, especially in this age, and not rather to be altogether condemned.

2. The Latin word *meritum*, it is clear, cannot be found in the Originals of the Scriptures, although it occurs in the Old Latin version of Ecclesiasticus, ^a (a book, however, which is not in the Canon of Scripture,) where, instead of ‘according to his works,’ the translator has rendered, not indeed word for word, but yet according to the phraseology then commonly received in the Church, ‘according to the merit of his works ;’ and in Hebrews c. 13, v. 16, where the Apostle says, “with such sacrifices *εὐαρεστέϊται ὁ Θεός*” “God is appeased” ^b or “conciliated” ^c as some render it ; or as others better, “God is delighted,” ^d “God is pleased ;” ^e he has rendered, ‘God’s favour is merited,’ having used the word to merit (as Estius ^f remarks) “passively, though not in very pure Latin.” Primasius however, who had

* [p. 180.] tamen, B. Augustini * quondam discipulus, in hunc locum similiter legit, ‘Promeretur Deus.’

3. Frequenter tamen legitur in Scripturis nomen dignitatis sive ἀξιον et ἀξιοῦσθαι et καταξιοῦσθαι,^a et apud Græcos Patres, ἄξια τῶν ἔργων, quibus verbis nihil ferè aliud Græci designare solent, quàm Veteres Patres Latini vocabulis meriti et merendi. Dico, nihil ferè aliud, quia meriti vocabulo propriè nullum vocabulum respondet apud Græcos, ut nec apud Hebræos.

^a Lucæ
c. 20 v. 35.
2 ad Thess.
c. 1. v. 5.
Apoc. c. 3.
v. 4. etc.

4. Passim autem in Patrum Latinorum etiam antiquissimorum et purissimorum sæculorum scriptis hæc vocabula meriti et merendi legi quis ignorat? Sed quo sensu, explicet vir doctissimus et moderatissimus G. Cassander in Hymnis Ecclesiasticis, ad verba Hymni, ‘Nocte surgentes, etc.’^b

^b Opera
p. 179. vide
et p. 263.]

“Cum suis sanctis mereamur aulam
Ingredi cœli, simul et beatam
Ducere vitam.”

“Vocabulum merendi,” inquit, “apud Veteres Ecclesiasticos Scriptores, ferè idem valet, quod consequi seu aptum idoneumque fieri ad consequendum; id quod inter cætera vel ex uno Cypriani loco apparet. Nam quod Paulus inquit^c ἀλλὰ καὶ ἠλεήθην, quod vulgò legitur, ‘miseri cordiam consequutus sum,’ vel ut Erasmus vertit, ‘adeptus sum,’ id Cyprianus^d legit, ‘miseri cordiam merui;’ et multa loca sunt in Ecclesiasticis officiis et precibus, ubi hoc vocabulum hoc intellectu accipi debet. Quæ vocis notio si retineatur, multa quæ durius dici videntur, mitiora et commodiora apparebunt.” Quæ verba more suo, hoc est, planè tyrannico, expungi jusserunt Hispanici Censores. Sed hæc de re plenius paulò infrà dicemus.

^c 1 ad Tim.
c. 1 [v. 13.]

^d ad Jubain-
num [ep. 73
§ 13.]

5. Hoc antiquo sensu plurimi doctissimi Protestantæ meriti et merendi vocabula nunquam damnârunt, quinimo ipsi etiam usurpârunt, licèt quibusdam rigidioribus ut nimis fastuosa et

been a disciple of S. Augustine's, in like manner reads, on this place, 'God's favour is merited.'

3. Frequently, however, we read in Scripture the words 'worthy,' and 'to be accounted worthy;'^a and in the Greek Fathers, 'the due reward of a man's works,' or 'what his works are worthy of;' by which words the Greeks were wont to designate nearly the same thing as the old Latin Fathers by the words, merit and meriting. I say, nearly the same thing, because no word properly answers to the word merit, among the Greeks as neither among the Hebrews.

4. But who is ignorant, that these words merit and to merit occur constantly in the writings of the Latin Fathers even of the most ancient and purest ages? But in what sense they are used, let that most learned and moderate man, G. Cassander unfold, when commenting on these words of the Hymn, *Nocte surgentes, &c.*^b

"But with His holy ones may we merit
To enter heaven, with them to lead
A life of bliss."

"The word to merit," he says, "in the old Ecclesiastical writers has nearly the same force as to obtain or to become apt and fitted for obtaining, as appears amongst other passages even from this one passage of S. Cyprian; for what S. Paul says,^c "But I obtained mercy," S. Cyprian^d renders, 'I merited mercy.' And there are many places in the Offices and Prayers of the Church, where this word ought to be taken in this sense; and if this meaning of the word be kept in mind, many things which seem to be harshly expressed, will appear milder and more fitting." Which words the Spanish Censors according to their custom (which is one altogether tyrannical) have ordered to be expunged. But of this matter we will speak more fully in a little.

5. Very many most learned Protestants have never condemned the words merit and meriting in this ancient sense, nay they themselves also have used them, although by some of the more rigid they are altogether disapproved

scandalosa, omnino improbentur, et fugienda, hodie præsertim, censeantur.

^a art. 20
[? c. De
dilectione et
impletione legis. Resp.
ad argum.
adversar.
§ Sunt enim
facienda
p. 78.]
^b [lib. 5 de
justif. cap. 1
§ Quod
igitur.]
^c [p. 107, 8 ?]
* [p. 181.]

Apologia confessionis Augustanæ^a confitente ipso Bellarmino ;^b “ Concedimus, opera verè esse meritoria, non remissionis peccatorum aut justificationis, etc. Sed sunt meritoria aliorum præmiorum corporalium et spiritualium, quæ redduntur tum in hac vitâ, tum post hanc vitam, etc.” Et paulò infrâ ;^c “ Cùm igitur opera sint quædam impletio legis, rectè dicuntur meritoria ; rectè dicitur, eis deberi merces, * etc.” intelligunt autem semper, ex Dei immensâ benignitate mereri, etc.

^d cap. [7]
de bonis
operibus
[§ 9] vide
Harmon.
Confessionum
[Fidei
orthodoxarum
et reformatarum
ecclesiarum.]
^e Examinis
[Conc. Trid.]
parte prima ;
de bonis
operibus
quæst. 4.
[de præmiis
et meritis
honorum
operum
§ Hæc
doctrina
p. 185.]
^f pag. 110 et
pag. 265.
^g [Disputata
Ratisbonæ
anno xlvii.]
pag. 597.
^h [Ed. Buc-
eri rependit.]

Confessio Wirtenbergensis ;^d Chemnitius ;^e “ Et in hanc sententiam, nostri etiam à vocabulo meriti non abhorrent, sicut etiam Patribus usitatum fuit. etc.”

In Actis Colloquii Aldeburgensis, Theologi Electorales ;^f “ Hoc sensu Ecclesiæ quoque nostræ à meriti vocabulo Patribus usitato, non abhorrent ; nec tamen eæ propterea quicquam patrocinantur Pontificio dogmati de merito, etc.”

Bucerus, in Actis Colloquii Ratisbonensis Anno 1546 ;^g “ Si sancti Patres aut alii per ‘mereri’ intelligant, facere ex fidè gratiæ Dei bona opera, quibus Deus mercedem promisit, et rependet. † etc. Et si[qui] per merita intelligant, facta ex fide Christi bona opera, quibus Deus mercedem pollicitus est ; et fateantur simul, ea opera per se ut bona sunt, hoc est, ut facta ex gratiâ, nullam tamen omninò mercedem à Deo mereri posse ex condigno, (quo scilicet significato et Sancti Patres bona sanctorum opera merita vocârunt) cum his nos de nomine, cùm de re conveniat, nihil contendemus. Nec etiam si quis talia ‡ opera velit vocare meritoria.”

Nota obiter, Lector, manifestam à Bellarmino^h injuriam fieri Bucero, quando asserit, hunc negare, Scripturam vel Patres nomine meriti usos esse ; addere tamen, si fortè Patres

‡ [Ed. Buc.
tulis.]

^h [lib. 5]
cap. 1. sect.
Porro,

of, as being too proud and full of offence, and are deemed proper to be avoided, especially in these times.

The Apology for the Confession of Augsburg,^a as Bellarmine^b himself confesses, “ We grant that works are truly meritorious, not of forgiveness of sins or of justification, &c. But they are meritorious of other bodily and ghostly rewards, which are rendered as well in this life as after this life, &c.” And a little lower,^c “ Since therefore works are a fulfilment of the law, they are rightly called meritorious; it is rightly said, that a reward is due to them, &c.” But they always mean, a merit which arises from God’s immeasurable bounty.

The Confession of Wirtemberg;^d

Chemnitius;^e “ And according to this meaning our divines also do not refuse to employ the word merit, as it was used by the Fathers also.”

In the Acts of the Conference of Altenburg, the Electoral divines say;^f “ In this sense our churches do not shrink from the word merit, which is used by the Fathers, but they do not therefore in any way advocate the Popish doctrine of merit, &c.”

Bucer in the Acts of the second Conference of Ratisbon A.D. 1546;^g “ If the holy Fathers or others by to merit mean, to perform by faith of God’s grace good works to which God has promised and will pay a reward; &c. And if any by merits mean good works done from the faith of Christ, to which [works] God has promised a reward; and at the same time admit that these works in themselves even in as far as they are good *i. e.* in as far as they are done through grace, cannot merit of condignity any reward whatever from God (in which sense the Holy Fathers also have called the good works of the holy, merits) we shall not contend at all with them about the name since we agree about the thing. Nor even if any one wish to call such works meritorious.”

Observe in passing, reader, that Bellarmine^h does a manifest injustice to Bucer, in asserting that he denies, that Scripture or the Fathers have ever used the word merit, but that he adds, that if perchance the Fathers have

hoc nomine usi sint, duram esse in eâ voce Catachresin. Bucerus enim^a ingenuè agnoscit, in Patrum scriptis passim usurpari voces Mereri et Merita; sed bona sanctorum opera meritoria negat apud Patres appellari, “quod equidem legisse,” inquit, “me memini. Et si apud aliquem attributa bonis operibus hæc appellatio,” scilicet meritorii, “reperiatur, hoc durior est ea κατάχρησις.” ut mentem Buceri rectius intelligas adi ipsum loco citato.

G. Vossius;^b “Nos merendi vocabulum non in totum quidem damnare ausumus; ut quo tum veterum plurimi utantur, tum Ecclesiæ reformatæ usæ sint in Confessionibus suis: Augustana dico et Wirtebergensis.” subdit autem continuè in gratiam rigidorum hæc; “Nihilominus potius cum Scripturis loquendum putamus, presertim * cùm meriti vox ambigua sit, ac nostro imprimis sæculo superbiæ nomine periculosa.”

Similiter et Davenantius;^d “Non igitur cum Patribus neque cum [hisc] sanioribus Pontificiis lis ulla nobis erit de nudo meriti vocabulo (quanquam multo melius et tutius est ab hoc verbo abstinere) sed contra etc.”

R. Hookerus,^e et Gul. Covellus.^f

Rectè et prudenter Cassander;^g “Quo sensu hoc vocabulo meriti et merendi usi sint” Patres, “obscurum non est; nempe ut per illud gratiæ Dei, ex quâ merita omnia oriuntur, nil detrahatur. Quare nihil est, cur aut Ecclesiastici ab hac loquendi formâ et sententiâ in Ecclesiâ jam olim usitatâ discedant, aut Protestantes eam tam odiosè repudient et condemnent, etc.

Vide Erasmus.^h

Sed missâ disputatione de nomine Meriti, ut de re ipsâ dicamus; graviter errant plurimi Romanenses, qui bona justorum opera verè proprièque, id est, non ex promissione solùm, sed etiam justitiæ debito propter aliquam, ut affirmant,

^a p. 590,
591, etc.

^b in Thesibus Theol. [Disp. 5] de honorum operum meritis [p. 66] haud procul a principio.

^c [p. 182.]

^d [art. 4 et 5]

^e in disput. de Justitia [actuali sive justitia] operum cap. 53

pag. 569.

^f Eccles. politia [Ecclesiastical polity] lib. 5 sect. [ch.] 72 [§ 9] p. 391 [t. 2. 417.]

^g in Defens. Hookeri [a] just and temperate defence of the five books of ecclesiastical policie by M. Richard Hooker] art. 6 de

Fide et operibus p. 43, 44.

^h Consult. art. 6 de

bonis operibus fidelium [p. 922]

ⁱ de amabili ecclesiæ concordia p. 104 [opp. t. 5 p. 420]

used the word, there is in this a harsh misuse of the word. For Bucer^a ingenuously acknowledges, that in the writings of the Fathers the words to merit and merits are very frequently used, but he denies that the good works of the holy are called meritorious by the Fathers, "as far at least," he says, "as I recollect having read. And if in any one this appellation," viz. meritorious, "be found attributed to good works, this is a harsher misuse of words than the calling them merits." In order to understand more rightly the meaning of Bucer, consult the passage cited.

G. Vossius ;^b "We do not indeed venture altogether to condemn the word to merit; inasmuch as it is used, not only by very many of the Ancients, but also by some of the Reformed Churches in their Confessions; I mean those of Augsburg^c and Wirtemberg." but to gratify the more rigid, he immediately subjoins; "Nevertheless we think that we ought rather to use the language of Scripture, particularly since the word merit is ambiguous, and especially in our age dangerous on the ground of pride."

In like manner Davenant ;^d "We will not therefore have any controversy with the Fathers, nor with these sounder Papists about the bare word merit (although it is much better and safer to abstain from it) but with [the more recent Papists who] &c."

Richard Hooker^e and W. Covell.^f

Rightly and prudently writes Cassander ;^g "It is not difficult to see in what sense the Fathers have used this word merit and meriting; viz. in such a sense that by it nothing be detracted from God's grace, from which all merits arise. Wherefore there is no reason either why Catholics should depart from this phrase and expression so long used in the Church, or why Protestants should repudiate and condemn it as a term altogether hateful."

See Erasmus ;^h

But, having dismissed the discussion about the word merit, let us speak of the matter itself:—Very many Romanists greatly err, who contend that the good works of the just are meritorious of eternal life, truly and properly, *i. e.* not only from God's promise, but also by the debt of

operum et mercedis proportionem et æqualitatem, sive, ut verbo dicam, ex condigno, vitæ æternæ meritoria esse contendunt.

7. Distinguit quidem Bellarminus inter quæstionem hanc, sintne bona opera justorum verè ac propriè vitæ æternæ meritoria; in quo Catholicos omnes contra Sectarios omnes convenire ait,^a et quam quæstionem tractat primis sex libri capitibus, ut dictum; et inter quæstionem, An sint meritoria vitæ æternæ ex condigno, quam tractat c. 16. et seq. Sed malè; quia meritum propriè dictum in formali suâ ratione includit æqualitatem vel condignitatem ad illam mercedem, cujus dicitur esse meritorium, ut rectè Davenantius.^b “Vera ratio meriti,” inquit Vasquez,^c “in eo posita est, ut opus sit dignum . . . gloriâ, secundum æqualitatem condignitatis. etc.” Sed hac de re pluribus postea dicemus.

8. Hunc Romanensium errorem multi doctissimi Protestantes copiosè, cùm ex Scripturis, tum ex Patribus, confutârunt; quos quia passim obvii sunt, Lector sedulus adeat. Nos proinde, eo labore supersedentes, pauca tantùm annotabimus, in quibus Protestantes quidam non satis clarè, neque etiam satis solidè, ad * argumenta nonnulla à Romanensibus ex Scripturis et Patribus opposita respondent; quo (responsionibus solidioribus oppositis) Romanensibus † pleniùs satisfiat, et veritas ipsa tanto fortiùs adstruatur et propugnetur.

9. Ad argumentum quod ducitur ab illis ‡ Scripturæ locis, ubi vita æterna merces nominatur,^d Protestantes quidam^e non sufficienter respondent, “Mercedem dici præmium, quod Deus reddit, non quia debeatur operibus, sed quia debetur promissioni.”^f Certè quicquid Deus, vel in hoc sæculo vel in futuro, atque hoc maximè, nobis promisit donare, non aliundè primò, quàm ab ipsius immensâ et impromeritâ gratiâ et benignitate profluxit; Sed cùm nec promiserit dare,

^a cap. 1
[§ Nos
igitur.]

^b de justitia
[actuali
sive] operum
cap. 60
[p. 603.]
^c in 1^{am} 2^{ae}
disp. 213
cap. 6 [n. 36]

* [p. 183.]

† [Ed. 2^a
Romanen-
sium oppo-
sitionibus.]

‡ [Ed. 1^a
aliis.]

^d vide Bel-
larminum
[lib. 5 de
justif.]
cap. 3,
[§ Primum
igitur,
et seq.]

^e [Apol.
Confess.
August.]
^f [vide
Bellarm.
ubi supra
§ Ad hoc
argumentum]

justice on account (as they affirm) of some proportion and equality between the works and the reward, or, to express it in one word, are meritorious from condignity.

7. Bellarmine indeed distinguishes between this question, are the good works of the just truly and properly meritorious of eternal life? in which, he says,^a all Catholics agree against all Sectaries, and which question he treats in the first six chapters of the fifth book, as has been said; and the question, whether they are meritorious of eternal life from condignity, which he treats c. 16. et seq. But in this he is wrong; because merit properly so called includes in its formal notion an equality or condignity to that reward of which it is said to be meritorious; as Davenant rightly says; ^b “The true notion of merit,” says Vasquez,^c “consists in this, that the work be worthy of glory according to the equality of condignity:” But we shall discuss this matter afterwards at greater length.

8. This error of the Romanists has been amply refuted, as well from Scripture as from the Fathers, by many very learned Protestants; whom, since they are everywhere to be met with, let the diligent reader consult. We therefore will dispense with that labour, and merely note a few things in which some Protestants do not answer some arguments from Scripture and the Fathers, which Romanists oppose to them, altogether clearly nor even altogether solidly; whereby the Romanists may be more fully satisfied by more solid answers being opposed, and the truth itself be more strongly built up and defended.

9. To the argument which is drawn from those passages of Scripture where eternal life is called a reward,^d some Protestants^e answer insufficiently, that “the reward which God renders, is called wages not because it is due to the works, but because it is due to His promise.”^f Certainly whatever God has promised to give us, either in this life or in the next, and especially in this last, has flowed primarily from no other source than His boundless and unmerited grace and bounty. But since He has neither promised to give, nor, (according to His promise), will

neque juxta promissum reddat, nisi benè operantibus (de adultis loquor) vitam æternam, necesse est, in considerationem aliquam veniant, saltem in rei promissæ redditione, opera bona, juxta conditionem requisitam præstita, et rationem aliquam habeant causæ suo quodam modo efficientis, et, ut Patres loqui solent sensu innoxio, merentis, nempe impetrantis; præsertim cum id quod redditur, toties mercedis nomine in Scripturis insigniatur.

Recte Bucerus;^a “Illud ergo solùm in hac quæstione de mercede bonorum operum controversum est inter nos, An sit in justificatorum bonis operibus † aliquod meritum eâ condignum mercede, quam eis Deus retribuit, et maximè vitâ æternâ, etc.” et;^b “Sanctis bona operantibus reddi vitam æternam, etiam coronæ et mercedis nomine et loco, ultrò nos semper dedimus. etc.”

Verè Archiepiscopus Spalatensis;^c “Gratia mera est, quòd Deus promittat operi nostro mercedem, non enim ullâ ratione tenetur:” sed non satis Scripturis consentaneè, ac proinde dubitanter ac timidè hæc subjungit; “et sic non operi nostro, sed suæ gratuitæ promissioni debetur, et fortasse redditur merces. etc.”

Concilium Arausicanum 2[dum], quod adversus gratiæ adversarios celebratum fuit;^d “Debetur merces bonis operibus [si fiant]; sed gratia, quæ non debetur, præcedit, ut fiant.”

Debetur igitur merces etiam operibus, sed propter remissionem † primùm gratiosè factam, et conditionem requisitam pro modulo nostro, juxta vim gratiæ concessæ, à nobis præstitam; † eatenus saltem, ut obedientia nostra Deo propter Christum probetur.^e

10. Quod respondent alii Protestantes, vita æterna † mercedem * appellari non propriè, quoniam vita æterna in Scripturâ vocatur et est propriè hæreditas, etc.^f—Multò clariùs et tutiùs

^a in Actis Colloquii[21] Ratisbon. [Disputata Ratisbone in altero Coll. anno xlv.] pag. 567.

† [Ed. Forb. in iis.]

^b pag. 568. c de Rep.

Eccl. lib. 7 c. 11. n. 256.

^d can. 18.

† [Ed. 2^a promissionem.]

† [fortasse, ut conditiones requisitæ . . . a nobis præstarentur.]

^e vide Augustinum

serm. 16

de verbis

Apostoli

[t. 5 serm.

158 § 2, 3,

et 7.]

^f [e. g. Calvinus in

Antidot.

Concil.

Trident.

ad cap. 17

sess. 6 Opp.

t. 8 p. 249

§ Superest

postremum

caput]

† [Ed. 2^a

vitam

æternam.]

* [p. 184.]

† vide Bel-

larm. l. cit.

§ Calvinus

aliter.

render, life eternal, except to those who have lived holily, (I speak of adults), it is necessary that good works performed according to the requisite condition, should be taken into account in some way, at least in the rendering the thing promised, and should have the nature of a cause which is efficient after its own manner, and which merits, as the Fathers are wont to speak in an harmless sense, viz. that of impetrating; especially when the thing which is rendered is so often designated in Scripture by the name of wages.

Rightly does Bucer say; ^a “ In this question therefore about the reward of good works, this only is controverted between us, Whether there be in the good works of the justified any merit condign to [*i. e.* equal in value with] that reward which God repays to them, and chiefly to eternal life.” and; ^b “ We have always granted of our own accord, that to the holy who live in the practice of good works, life eternal is rendered, in the name and place of a crown and reward.

Truly says the Archbishop of Spalatro; ^c “ It is mere grace in God, to promise a reward to our work, for He is not bound to do so by any reason.” but he subjoins the following not altogether agreeably to Scripture, and therefore doubtfully and timidly; “ And thus, not to our work, but to His gratuitous promise the reward is due and perhaps rendered,” &c.

The second Council of Orange which was held against the adversaries of grace; ^d “ A reward is due to good works [if they are performed]; but grace, which is not due, precedes, that they may be performed.”

A reward therefore is due even to works, but [it is so] on account of forgiveness having been first given through grace, and the requisite condition performed by us to the utmost of our powers according to the strength of the grace granted; at least so far that our obedience to God on account of Christ may be approved. ^e

10. As to what other Protestants ^f answer, that it is called the reward of eternal life not properly [but figuratively], because life eternal is called in Scripture, and is properly an inheritance, &c. ^g—Much more clearly and

^a in Thes-
[ibus]
Theolog-
[icis] de
meritis
bonorum
operum
thesi 8,
[p.76]

respondet Vossius ;^a “ Non loquuntur,” inquit, “ Sacræ literæ de mercede, qualis ob dignitatem mercedi ἀνάλογον, jure mercenario debetur, sed eâ, quæ non segnibus, verùm laborantibus, ex *νιοθεσίας* ac gratuitæ promissionis jure confer-
tur. Unde et hæreditas alibi nominatur. Nec hæreditatis appellatio obstare censenda est, quo minus mercedis nomen mereatur. Siquidem et filio adoptivo, qui morem adoptanti sedulo gesserit, et multa illius causâ sit perpeusus, sic hæreditas jure venit filiali, ut tamen ea, ratione operum, quæ is præstitit, et ratione afflictionum, quas is subiit, merces possit appellari.” Unde et Bellarminus ipse ;^b “ Datur,” inquit, vita æterna “ ex promissione laborantibus, quod est mercedis proprium ; et non datur nisi filiis, quod est proprium hæreditatis ;” ac proinde “ utriusque, mercedis scilicet, et hæreditatis, conditionem habet.” Utinam hîc substitisset Bellarminus, quando affirmat, ‘ dari vitam æternam ex promissione laborantibus, etc.’ absque illo odioso additamento, quod alibi cum suorum sodalium plurimis defendit, de intrinsecâ operum condignitate ad præmium. De mercedis aptâ et verâ appellatione pax facilè inter partes conciliari posset.

^b l. cit.
[§ Calvinus
aliter.]

11. Quod Protestantium quidam non ipsam vitam æternam, sed gradum aliquem gloriæ celsiorem in eâ tanquam mercedem operibus nostris reddi affirmant,^c quod etiam censet Archiepiscopus Spalatensis ;^d “ Vita æterna ipsa essentialis et gloria donum est merum † gratuitum quod ab æterno Deus iis, quos in filios adoptavit, non tanquam mercedem, sed tanquam hæreditatem prædestinavit, etc.” nonnulli etiam Romanenses (vide Bellarminum ;^e “ Sunt enim,” inquit, “ qui sentiunt, etc.”)—cum sacris litteris non satis congruit, quæ disertè docent, non tantùm gloriæ incrementum, sed ipsam etiam gloriam, ut mercedem operibus bonis reddi, Matt.

^c Bell. loco
quo sup.
sect. Ad
hæc.
^d de Rep.
Eccl. lib. 7
cap. 11.
n. 257.
† [Ed. Forb.
merc.]
^e [lib. 5 de
justif.]
cap. 20,
§ Primum
igitur.

safely does Vossius answer; ^a “The holy Scriptures,” he says, “do not speak of wages such as on account of worth comparable to the wages, is due according to the right of a hireling, but of that which, from sonship and God’s gratuitous promise, is conferred on those who are not lazy but labouring. Whence it is elsewhere called an inheritance. Nor should the appellation of inheritance be thought to hinder its meriting the name of wages: since to an adopted son, who has anxiously striven to please his adopter, and has endured much for his sake, the inheritance so comes by right of his sonship, that it may be called wages, on the ground of the works he has performed, and of the afflictions he has undergone.” Whence Bellarmine himself also; ^b “From God’s promise,” he says, “eternal life is given to those who labour; which is peculiar to wages: and it is not given except to sons; which is peculiar to inheritance; and therefore it has the condition of both, to wit, of wages and an inheritance.” Would that Bellarmine had stopped here, when he affirms, that ‘from God’s promise eternal life is given to those who labour, &c.,’ without making that hateful addition, which he elsewhere, along with very many of his associates, defends, of the intrinsic condignity of the works to the reward. Concerning the apt and true appellation of wages, peace might easily be brought about between the dissentients.

11. What some Protestants affirm—that not eternal life itself, but a higher degree of glory in it, is rendered as the wages of our works, ^c which is the opinion of the Archbishop of Spalatro also; ^d “Essential eternal life and glory is a merely gratuitous gift, which God has from all eternity predestined to those whom He has adopted as sons, not as a reward but as an inheritance, &c.” and some [other] Romanists also, (see Bellarmine; ^e “For there are some,” he says, “who hold, &c.”)—does not altogether accord with Holy Scripture, which expressly teaches that not only the increase of glory, but also glory itself is rendered as the wages of good works; S. Matt.

c. 19. v. 29. et c. 25. versib. 34. 35. Rom. c. 2. v. 6, 7. Galat. c. 6. v. 7, 8. Coloss. c. 3. v. 23, 24. ubi ipsa hæreditas Dei dicitur reddi operibus bonis, et ἀνταπόδοσις τῆς κληρονομίας, nempe merces hæreditatis appellatur. Jac. c. 1. v. 12, etc. imò Deus ipse^a ‘Merces nostra’ appellatur; certè opera etiam^{*} optima propriè et ex condigno non merentur, id est, suo valore non exæquant, vel infimum gradum gloriæ cœlestis, nedum ipsam per se gloriam cœlestem ac vitam æternam; propter gratuitam tamen Dei promissionem, etiam ipsam vitam æternam, et non gradus tantùm in eâ præstantiores, bonis operibus reddi negari non potest. Unde et Paræus,^b disertâ responsione Apologiæ Aug[ustanæ Confessionis], “Bona opera,” scilicet, “esse meritoria præmiorum temporalium et spiritualium, sed non ipsius vitæ æternæ,^c” inquit; “Concedamus verò, in præmiis bonorum operum etiam esse vitam æternam, etc.” et Vorstius;^d “Quod ad Confessionistas (ut vocat Pistorius) “attinet, qui non quidem vitam æternam, sed gradum aliquem celsiorem in eâ, nostris operibus nos promereri tradunt; tametsi pro iis duo quædam facere videntur; unum, quòd passim dicitur, mercedem nostram in cœlo copiosam futuram^e alterum, quòd minus quiddam esse videtur, gradum aliquem gloriæ cœlestis promereri, quàm etc. tamen quia neutrum satis solidum est, ad opinionem istam probandam; idcirco nos eorum hac in parte hallucinationem non admodum defendemus.”

12. Quod respondent Protestantes quidam, vitam æternam non reddi operibus, nisi ut signa sunt fidei, Scripturis ex diametro adversatur, quæ passim disertè docent, præmium cœleste unicuique reddi secundum opera et proportionem laborum et operum ipsius; et non tantùm secundum fidem, etc. Unde Paræus^f; “Nos dicimus, vitam æternam promitti operibus, non so-

^a Gen. c. 15, v. 2.
^{*} [p. 185.]

^b ad cap. 5, hujus libri [5ti] pag. 1241, 1242. [§ Priorem solutionem]

^c [in 4to etc. artic. c. Responsio ad argum. advers. § Sunt enim.]

^d Anti-Pist. parte 2, p. [123,] 125.

^e p. 5. Mat. v. 12. etc.

^f ad cap. 3, hujus libri [5ti] p. 1242. [§ Posteriorum solutionem confuxit.]

c. 19, v. 29, c. 25, v. 34, 35, Rom. c. 2, v. 6, 7, [2 Cor. 4, 17], Gal. c. 6, v. 7, 8, [Phil. 2, 12], Col. c. 3, v. 23, 24, where God's heritage itself is said to be rendered to good works, and is called, the wages of the inheritance; S. James c. 1, v. 12, [Rev. c. 7, v. 14, 15,] &c., nay God Himself is called 'our wages.'^a Certainly works, even the best of them, do not merit properly and of condignity, (*i. e.* do not equal by their own value) even the lowest degree of heavenly glory, much less the very heavenly glory in itself and life eternal; yet it cannot be denied, that on account of God's gratuitous promise even eternal life itself, and not merely more exalted degrees in it, is rendered to good works. Whence Paræus also,^b forsaking the answer of the Apology of the Confession of Augsburg, namely, that "good works are meritorious of temporal and spiritual rewards, but not of eternal life itself," says; "We may grant that eternal life also is among the rewards of good works, &c."^c And Vorstius;^d "As far as regards the Confessionists, (as Pistorius "calls them,) who teach that by our good works we merit, not indeed eternal life, but some more lofty degree in it; although two things seem to make for them; one, that it is said in many places, that our wages will be abundant in heaven;^e the other, that it seems a rather less thing to merit an advance in heavenly glory, than to merit the heavenly glory itself, &c. yet inasmuch as neither is sufficiently strong to prove this opinion, we will not very strenuously defend their hallucination on this subject."

12. What some Protestants answer—that eternal life is rendered to works only as they are signs of faith—is directly contrary to Scripture, which everywhere teaches expressly, that the heavenly reward is rendered to every one according to his works, and to the proportion of his labours and works, and not merely according to faith. Whence Paræus admits;^f "We say, that eternal life is promised to works, not only as they are signs of faith, but

lùm ut sunt signa fidei, sed etiam ut sunt obedientia filialis Patri cœlesti debita; seu ut sunt positio conditionis, sub quâ Deus filiis hæreditatem vitæ æternæ donare promittit.” Vos-
sius^a; “Nos et nimium dicere putamus, qui mercedem operibus promitti censent, ut causæ meritoria: nec satis dicere judicamus, qui tantummodo, ut signis fidei, promissionem factam arbitrantur, siquidem multa sunt Scripturæ loca, quibus, etc.” Vide authores hosce; ut plurimos alios brevitate studio omittamus.

13. Quod ad argumentum, quod sumitur ex illis Scripturæ locis, quibus ratio seu causa, cur vita æterna justis reddatur, ab ipsorum operibus petitur, ut particulæ causales, Quia, Enim, Ideo, clarè demonstrant, respondent quidam Protestantes, (vide etiam Cassandrum, qui in eandem sententiam propendere videtur,^b citatis quibusdam * Scholasticis, c quorum ex Cassandro testimonia verbatim repetit Archiepiscopus Spalatenensis^d) his locis indicari non meritum, neque causam, sed ordinem tantùm, et seriem seu viam salutis adipiscendæ;—infirmum est, ut abundè suprâ^e ostendimus.

Absit tantùm ratio causæ propriè meritoria:, plurimi doctissimi Protestantes non negant, opera bona causas etiam aliquas esse regni cœlestis adipiscendi.

Davenantius;^f “Si omnia,” inquit, “concedamus, quæ in præmissis^g ponuntur, nihil aliud inde deduci potest, quàm opera bona esse causas, non juris nostri ad vitam æternam, Sed introductionis in vitam æternam: neque esse causas meritorias, sed motivas solummodo, juxta ordinationem voluntariam, et promissionem gratuitam ipsius Dei, etc.” adi authorem ipsum.

Obiter tamen nota, lector, malè negare † hunc cum aliis quibusdam Protestantibus, “opera bona esse causas non juris nostri ad vitam æternam, Sed tantùm, etc.” quæ enim rationem

^a in Thesibus prædictis [Theses Theolog. disp. 5. de meritis bonorum operum.] Thesi 10, [p. 79.]

^b epist. 19. ad Joh. Molinæum, p. 1109, etc. * [p. 186.]
^c p. 1109, etc.
^d lib. quo supra [lib. 7.] cap. 11, n. 259: vide et n. 258.
^e lib. 4. cap. 1.

^f de Justitia actuali e. 60, p. 608. [sq.] etc.
^g [scil. e. 25, Matth. v. 34, 35, et v. 21. (sec. versionem vulg. Lat. sed conf. e. 19, Lucæ v. 17.) e. 7 Apoc. v. 14, 15.]
† [Ed. 2^a male statuere.]

also as being the filial obedience which is due to our heavenly Father; or as they are the condition imposed, under which God promises to give to His children the inheritance of eternal life." Vossius; ^a "We think, that they say too much who hold that wages is promised to our works as to meritorious causes; and we judge that they do not say enough who think that the promise is made to them merely as signs of faith, since there are many passages of Scripture in which, &c." See these authors, to omit very many others, from a desire of brevity.

13. What some Protestants (see also Cassander, who seems to lean to the same opinion, ^b citing some of the Schoolmen, ^c whose testimonies are copied word for word from Cassander by the Archbishop of Spalatro, ^d) answer to the argument which is taken from those passages of Scripture in which the reason or cause, why eternal life is rendered to the just, is derived from their works, as is clearly proved by the causal particles 'Because,' 'For,' 'Therefore,' that these passages do not indicate the merit nor the cause, but merely the order and progression or way of obtaining salvation—is weak as we have abundantly shown above. ^e

Provided only the notion of a cause which is properly meritorious be excluded, very many most learned Protestants do not deny that good works are in some respects causes of our obtaining the heavenly kingdom.

Davenant; ^f "If we grant all things," he says, "which are contained in the aforesaid passages, ^g nothing else can thence be gathered, but that good works are causes, not of our right to eternal life, but of our introduction into eternal life; and that they are not meritorious causes, but only moving causes in consequence of the voluntary ordaining and gratuitous promise of God Himself." consult the author himself.

But note in passing, reader, that he along with some other Protestants improperly denies that "good works are not the causes of our right to eternal life, but only [of our introduction into it.]" For those things which have the

causæ habent in introductione nostri in vitam æternam, necesse est etiam habeant rationem aliquam causæ juris nostri ad vitam æternam; non quidem principalis aut meritoria, secundaria tamen et subordinata; neque enim dedit Christus hoc jus, τὴν ἐξουσίαν,^a nobis ut filii Dei essemus, nisi in nomen ejus credamus, eumque accipiamus: fides autem semper intelligenda est viva, et per bona opera efficax, atque etiam quatenus viva et efficax est.

^a c. I, Joan. v. 12.

^b in Anti-Bell[armino contracto] p. 640.

^c Anti-Pist. part. 2, p. 126.

Vorstius^b; “Hic vero” scilicet Matth. c. 25. “et ætiologia à signis ad signatum, vel à causis quidem ad effecta; sed non tamen à causis principalibus aut meritoriis deducitur, etc.” vidè et eundem; ^c “A causâ,” (inquit, ad hoc ipsum argumentum respondens,) “generatim acceptâ ad causam efficientem meritoriam non valet argumentatio.” adi Authorem ipsum.

Quod attinet ad argumentum sumptum ab illis Scripturæ locis, ubi præmium bonis operibus ex justitiâ dicitur esse reddendum, missis brevitatis causâ quorundam Protestantium responsionibus minus solidis; de quibus lege Bellarminum:^d Respondendum est cum aliis, mercedem operibus promissam gratuitam quidem esse, seu ex gratiâ donari, nullo autem modo propriè et ex justitiâ æqualitatis meritam esse, † (“donum Dei,” inquit Apostolus, ^e “vita æterna est;”) attamen etiam justè, seu ex justitiâ distributivâ, sed gratiosâ, sive gratiâ temperatâ fidelibus ‡ benè ^e operantibus, respectu pacti seu promissionis divinæ, dari: hæc enim non pugnant.

^d [lib. 5, de justif. c. 3, § Quartum argumentum sqq.]
 † [Ed. 2^a promeritam.]
^e c. 6, ad Rom. v. 23.

‡ [Ed. 1^{ma} fidelitur]
^e [p. 187.]

^f de Gratia et Libero Arbitrio haud procul a fine [§ 51, p. 624. A.

Recte Bernardus; ^f “Promissum quidem ex misericordiâ, sed jam ex justitiâ persolvendum est; justum quippe est, ut reddat Deus quod debet, debet autem quod pollicitus est, etc.” idem tamen doctissimè simul et sanctissimè librum illum sic claudit; “Alioquin si propriè appellentur ea quæ dicimus nostra merita, etc. via sunt

nature of a cause in our introduction into life eternal, must necessarily also have in some degree the nature of a cause of our right to eternal life; not indeed of a principal or meritorious cause, but yet of one which is secondary and subordinate: for Christ has not given us this right, “the power”^a to become sons of God, unless we believe in His name and receive Him: but by ‘faith’ we must always understand a faith which is living and efficacious through good works, and even in so far as it is living and efficacious.

Vorstius;^b “Here indeed,” viz., S. Matt. 25, “the statement of causation is traced . . . from the signs to the thing signified, or from the causes to the effects, but yet not from the principal or meritorious causes, &c.” see also the same author; “We cannot reason,” he says, answering this very argument, “from the cause taken generally, to the efficient meritorious cause.” consult the author himself.

As to the argument taken from those passages of Scripture where a reward is said to be justly rendered to good works,—omitting for the sake of brevity the unsound answers of some Protestants, concerning which see Bellarmine,^d—we must answer with others, that the wages promised to works is indeed gratuitous or given from grace, and in no ways merited properly and from a justice of equality; (“eternal life,” says the Apostle “is the gift of God;”) but yet that to the faithful who live in the practice of good works, it is, in respect of the covenant or divine promise, given even justly or by justice, which is distributive but gracious or tempered with grace: for these are not repugnant.

Rightly says S. Bernard;^e “It is promised indeed from mercy, but is thenceforward to be paid through justice: because it is just that God should render what He owes, but He owes what He has promised, &c.” yet the same Father most learnedly and at the same time most holily thus concludes that treatise; “Otherwise if those things which we call our merits are properly so named, &c., they

regni, non causa" (scilicet propriè meritoria) "regnandi."

Recte Davenantius ad hoc ipsum argumentum respondens, inquit,^a "Deum dici justum in retributione hujus præmii, et injustum per impossibile supponi, si non retribuere vitam æternam fidelibus benè operantibus; non secundum rationem justitiæ propriè dictæ, quæ meritum condigni infert, ex eo quod æqualitatem supponit inter opus et mercedem, sed secundum rationem justitiæ communiter dictæ, ex quâ meritum non potest deduci, etc." Lege sis Authorem ipsum.

^a [de justitia actuali c. 60.] p. 610.

^b in nupera Apologia, c. 2, p. 47.

Remonstrantes^b rectè et fusè idem contra oppositam Censuram demonstrant; "Aliud," inquit, "est vitæ æternæ præmium promittere, aliud præmium promissum distribuere: promissio purè putè gratuita [est]; Distribuere post promissionem factam, suum cuique præmium pro ratione præstitæ conditionis ad præmium consequendum requisitæ, justitiæ actus est; tum respectu ejus qui promisit, tum respectu eorum, quibus promissio facta est, etc. Nec refert, an res promissa sit proportionata labori ejus, cui promissio sub conditione facta est, an non: id enim non ad distributionem, sed ad promissionem considerandum venit. Quod verò dicit Censor; 'Ergo vita æterna est stipendium potius ac pretium debitum, quàm donum gratuitum: '° nimis est futile. Debitum enim ex promisso impro merito, et gratiosum donum non repugnant; imò eo ipso, quia aliquid est debitum ex promisso libero et liberali, adeoque purè putè gratioso, gratiosum donum est et manet. Quod verò ex promisso debetur alicui, id justum sanè est, ut ei detur; quia justitiæ est, suum cuique dare. Quod autem mihi debetur, meum est, quocumque tandem modo debeat, et qualecunque tandem sit, etc.'" Vide Cyprianum; ^d Augustinum; ^e Fulgentium, ^f etc.

^c [Censura in Confessionem Remonstrantium in cap. 2, § 11, p. 45]

^d in serm. de Eleemosyna, in Deo 100 [§ 1.]
^e ad Monium: [prolog.]

Ex prædictis liquidò apparet, quomodo solidè

are the way to the kingdom, not the cause" (*i. e.* the properly meritorious cause) "of reigning."

Davenant rightly says,^a answering this same argument, that "God is called just in rendering this reward, and unjust by an impossible supposition, if He did not render eternal life to believers who perform good works; not according to the nature of justice, properly so called, which implies the merit of condignity, because this supposes an equality between the work and the wages, but according to the idea of justice commonly so called, from which merit cannot be deduced." read, if you choose, the author himself.

The Remonstrants^b rightly and at much length prove the same against the *Censura* which was published against them; "It is one thing," they say, "to promise the reward of eternal life, another to distribute the promised reward; the promise is purely and unmixedly gratuitous; after the promise has been made, to distribute to each his own reward according to the rate of the performance of the condition requisite to obtain the reward, is an act of justice, as well in respect of Him Who has promised, as of those to whom the promise has been made. . . . Nor does it matter, whether the thing promised be, or be not proportionate to the labour of him to whom the promise has been made under the condition; for that enters into the consideration not of the distribution, but of the promise. But what the Censor says, 'Therefore eternal life is rather wages and a price due, than a gratuitous gift,'^c is altogether absurd; for a debt from an unmerited promise and a gracious gift, are not repugnant; nay for that very reason that a thing is a debt from a promise that is free and liberal, and therefore entirely and unmixedly gratuitous, it is and remains a gracious gift. But it certainly is just that what is due to any one from a promise, should be given to him; because it belongs to justice to give every one his own. But what is due to me is mine, in whatever way it may have become due, and what sort soever it be of." See S. Cyprian,^d S. Augustine,^e S. Fulgentius,^f &c.

From what has been said, it clearly appears how the

* [p. 188.]

ad cætera quæ ex Scripturâ à Romanensibus plurimis urgentur argumenta, respondendum * sit: videantur multi doctissimi Protestantes qui hæc fusiùs pertractant.

16. Ad testimonia Patrum, qui meriti et merendi vocabula, præsertim de justorum operibus, frequentissimè et quidem sensu innoxio, ut suprâ dictum, usurpant; Rectè doctiores Protestantes respondent, eos nihil aliud intelligere, quàm opera bona justorum, non absolutâ et exactâ, quam in se habent, dignitate sive æqualitate ad præmium, sed eâ, quam obtinent ex acceptatione et dignatione divinâ et ex gratuito pacto quod nobiscum facere dignatus est Deus, clementissimus et indulgentissimus pater simul et iudex, mercedem gratiosissimè promissam consequi vel impetrare. Atque hæc hac de quæstione dixisse sufficiat. Qui plura desiderat, adeat copiosiores controversiarum tractatores.

CAPUT SECUNDUM.

Quo an fiducia in meritis seu bonis operibus collocari possit, et de intuitu mercedis æternæ in bene operando paucis disceptatur; Bellarmini, [de Justif. lib. 5.] Cap. 7, 8, 9.

1. FIDUCIAM sanctorum apud Deum non ex fide solâ, sed etiam ex bonis operibus, quæ à fide profluunt, et merita à Patribus Latinis communiter, ut dictum, appellantur, licèt non sint merita propriè sic dicta, nasci atque ali, augeri, et magis magisque in dies confirmari, non negant Protestantes, ut perperam affirmat Bellarminus, et irritò conatu ex Scripturis et Patribus contrarium probare satagit.^a

Calvinus ipse ^b hæc habet; “Sancti, dum se coram Deo recognoscunt, nonnullam illis et consolationem et fiduciam affert propriæ conscientie

^a [lib. 5.]
c. 7, § Hæc
propositio
directe
contra
Calvinum
ponitur.
^b Instit.
lib. 3.
cap. 14.
§ 16

other arguments which are urged from the Scriptures by many Romanists may be answered in a satisfactory manner; see many very learned Protestants who treat these things more at large.

16. To the testimonies from the Fathers, who, as we have said above, very frequently and indeed in an unobjectionable sense use the words merit and to merit, especially of the works of the just—the more learned Protestants rightly answer, that they mean nothing else than that the good works of the just obtain or impetrate the wages which has been most graciously promised, not through having in themselves any perfect or exact worth, or equality to the reward, but from that worth which they obtain from the divine acceptance and condescension, and from the gratuitous covenant which God, who is our most clement and indulgent Father as well as our Judge, has vouchsafed to make with us. And let it suffice to have said these things on this subject. Let whoever desires more, consult those who copiously treat of controversies.

CHAP. II.

A brief enquiry, Whether trust can be placed in merits or good works, and, of the looking to the eternal wages in performing good works; Bellarmine [de Justif. lib. 5.] c. 7, 8, 9.

1. **T**HAT the assurance of the holy before God is born and nourished, increased, and daily more and more strengthened, not from faith alone but also from the good works which flow from faith, and which, as has been said, are by the Latin Fathers commonly called merits, though they are not merits properly so called—Protestants do not deny, as Bellarmine wrongly affirms, and with needless endeavour labours to prove the contrary from Scripture and the Fathers.^a

Calvin himself^b has these words; “While the holy examine themselves before God, the purity of their conscience brings them somewhat both of consolation and

puritas." et rursus ; " Quando igitur isthæ operum fiducia locum non habet, nisi totam prius animi fiduciam in misericordiam Dei rejeceris, non debet illi videri contraria, unde pendet. etc."

* [Panstrat. Cathol.] t. 3. de operum merito l. 14. cap. 5, n. 7. * [p. 189.]

Chamierus ;^a " Si pro * meritis, opera nominasset" Bellarminus, " possemus concedere, ex operibus nasci confidentiam fidelibus, quæ tota constituatur in misericordiâ divinâ. Nimirum quia sanctitas vitæ sit effectus inhabitantis gratiæ, ac proinde ejusdem testimonium non leve ; ideoque nonnullus ad spem salutis gradus, etc." vide authorem.

^b ad hunc. Bell. loc. [de justif. lib. 5, cap. 7.] p. 1321, 1322.

Paræus idem tradit,^b cæterique omnes Protestantés.

2. An verò, licèt summa ac præcipua fiducia salutis in solâ Dei misericordiâ et Christi meritis collocanda sit, de quo dubitare nefas est ; spem tamen nonnullam etiam in bonis operibus, tanquam in mediis ad salutem necessariis, et illius aliquo modo causis, licèt non propriè meritoriis, cum Dei gratiâ, fideles sub Deo sine peccato reponere possint, inutiliter inter partes contenditur. Certè licèt totis viribus studendum sit operibus bonis, quàm minimum tamen fiduciæ in illis collocandum esse, semper censuerunt viri omnium sæculorum doctissimi juxta ac sanctissimi. Atque hoc sufficit.

3. Unde et Bellarminus, qui sententiam hæc de re affirmantem defendit propositione secundâ ; propositione tamen tertiâ ingenuè sic loquitur ; " Propter incertitudinem" (intellige semper, incertitudinem fidei) " propriæ justitiæ, et periculum inanis gloriæ, tutissimum est fiduciam totam in solâ Dei misericordiâ et benignitate reponere," quam propositionem fusè deinde confirmat plurimis argumentis ex Scripturis gravissimis, publicis Ecclesiæ precibus, et Patribus. Castigat quidem hanc Bellarmini propositionem Vasquez ;^c " Quod dicunt," inquit, " Theologi

† [Ed. 2^a Scriptura.] c in 1^{am} 2^{am} tom. 2. disp. 213, c. 7. n. 41

assurance." and again ; " Since therefore such a trust in works has no place, until thou hast thrown the whole confidence of thy soul on the mercy of God, it ought not to seem contrary to that [*i. e.* God's mercy] from which it depends.

Chamier ;^a " If" Bellarmine " had named works instead of merits, we might grant that the faithful may derive confidence from works, which [confidence] is to be altogether grounded on the divine mercy ; viz., because holiness of life is an effect of indwelling grace, and therefore is no small proof of it ; and therefore is a step to the hope of salvation." see the author.

Paræus teaches the same thing,^b and all other Protestants likewise.

2. But the dissentient parties fruitlessly contend whether—although the highest and chief confidence of salvation is to be placed solely in the mercy of God and the merits of Christ, about which it were sinful to doubt—believers notwithstanding may under God without sin rest some hope in good works also, as being means necessary to salvation, and which with God's grace are in some way causes of it, though not such as are properly meritorious. Certainly although we must strive with all our powers to perform good works, yet in all ages those who were at once the most learned and the holiest, have always held, that the less confidence that is placed in them the better. And this is enough.

3. Whence also Bellarmine who defends the affirmative opinion on this subject in his second proposition ; yet in his third thus ingenuously speaks ; " On account of the uncertainty" (understand always, the uncertainty of faith) " of our own justice and the danger of vain glory, it is most safe to rest our whole confidence solely on the mercy and loving kindness of God." Which proposition he then confirms at great length by very many most weighty arguments from Scripture, the public prayers of the Church and the Fathers. Vasquez indeed^c takes Bellarmine to task for this proposition ; " As to what the divines just

allegati, etc.; ‘propter incertitudinem propriae justificationis, fiduciam nostram in solâ Dei benignitate collocandam esse,’ sano modo intelligendum est: non quidem ita, ut existimantes, non esse necessaria merita, nec in illis sperandum esse, nullam in illis spem collocemus, sed in solâ Dei benignitate et munificentâ quæ nullo nostro merito beare nos debeat, aut velit; hoc enim esset incidere in sententiam Calvini, et hæreticorum: Sed ita, ut non habeamus fiduciam ex meritis jam factis, quasi securi de præmio, quin potius non curantes de illis, à solâ Dei bonitate nova merita speremus, in quibus fiduciam constituamus perseverantiæ, et adipiscendæ beatitudinis. Securum igitur nequaquam est, spem [non] collocare in meritis, rectum tamen consilium est non sperare ex meritis factis.” hæc ille, sed malè: tutissimum enim est, ut inquit Bellarminus, * in nullis omnino meritis vel bonis operibus, sive hactenus factis sive porro faciendis, sed in unâ Dei misericordiâ et Christi meritis fiduciam omnem salutis collocare.

* [p. 190.]

* de Justificatione, lib. 10, cap. ult. [cap. 14, § II. uic.]

4. Tho. Stapletonus; ^a “Nemo,” inquit, “Catholicus rectè institutus, in suis meritis confidit, vel quia supervenientibus peccatis impediri possunt quæcunque merita, vel quia nemini satis constat de suis meritis, vel denique quia videri hoc modo posset in se non in Domino gloriari. etc.”

† [Edd. et.]

Harum trium causarum prima à Bellarmino in suâ propositione omissa est; Sed ab utroque omissa est † alia causa, cujus imprimis meminisse debuerunt, hæc scilicet; Atque etiam propter peccata, quæ justitiam nostram quotidie comitantur ex humanâ infirmitate; quorum venia humillimè ac supplicissimè à Deo propter Christum postulanda, et rectè ‡ vita æterna humiliter et non confidenter quærenda est, ut rectè dicit ^b Stapletonus ex Bernardo, inter cujus flores hæc saluberrima legitur sententia; “Vi-

‡ [fortasse; certe.]

^b ibidem

cited say . . . ‘that on account of the uncertainty of our own justification our confidence is to be placed solely on the goodness of God,’ it must be understood in a sound sense ; not indeed so that, accounting that merits are not necessary and that no hope is to be rested on them, we place no hope in them but solely in God’s goodness and bounty, which either is bound or else chooses to bless us without any merit of ours : for this would be to fall into the opinion of Calvin and the heretics : But so as to have no confidence from the meritorious acts which we have already performed, as if we were secure of the reward, but rather, not thinking about them, to hope to receive from the mere bounty of God new merits in which we may place our confidence of persevering to the end and of obtaining blessedness. It is therefore by no means safe not to place our hope upon our merits, yet it is a right advice that we should not base our hopes upon merits already done.” Thus he, but wrongly ; for “it is safest,” as Bellarmine says, to place our whole confidence of salvation, not in any merits, or good works whatever, whether hitherto done or hereafter to be done, but solely in the mercy of God and merits of Christ.

4. Thomas Stapleton ;^a “No rightly instructed Catholic,” he says, “trusts in his own merits, as well because any merits whatsoever are liable to be broken off by supervening sins, as also because no one is sufficiently assured of his own merits, and lastly because he might thus seem to glory in himself, not in the Lord.

Of these three reasons the first is omitted by Bellarmine in his proposition ; but there is another reason omitted by both, which they ought especially to have mentioned ; namely this, “And also on account of the sins which from human infirmity daily accompany our justice ; pardon of which sins must be most humbly and suppliantly sought for from God on account of Christ ;” and rightly is eternal life to be sought humbly and not confidently, as Stapleton^b rightly observes from S. Bernard, among whose maxims this most wholesome sentence oc-

tam etiam æternam,” inquit, “fortassis aliqui non humiliter quæerunt, sed tanquam in suorum confidentiâ meritorum, etc. Oratio quæ pro vitâ æternâ fit, circa beneplacitum Dei intenta sit, et in omni humilitate, præsumens de solâ miseratione divinâ,” hæc Bernardus. Unde et ipse Stapletonus; ^a “Quia primum,” inquit, “et potissimum meriti fundamentum est gratia Christi, adjutorium, inquam, gratiæ, quo in singulis actibus ad bene [sanctéque] operandum divinitus adjuvamus, propterea et Scripturæ et Patres diligentissimè docuerunt, in solo Deo ac Christo ejus, non [in] nobis ipsis, non in justitiâ propriâ, non in meritis nostris esse confidendum. etc.”

^a [ubi
upra.]
paulo ante.

^b in opusculo
de meritis
in generali
q. 4 [§ Ad
quartum ar-
gumentum
Stultum et.]
p. 857.
[p. 786.]

^c [§ Et ut
multum
quis.] p. 858
[p. 787.]

^{*} [p. 191.]
^d Confess.
[Cathol.
Fidei
Christ.] Pc-
trivov.
[Synodi
nomine
scripta]
t. 2, c. 13, p.
65, [cap. 73,
t. 1, p. 291.]
^e Esaie cap.
38, [v. 3]
^f 2 ad Tim.
cap. 4, [v. 7,
9.]
^g [c. 24,
Matth.
v. 12.]

5. A. Vega; ^b “Et quanquam,” inquit, “multa faciunt homines justî meritoria opera beatitudinis, verissimè tamen dicitur, non oportere quenquam in suis meritis fiduciam adipiscendæ beatitudinis collocare. Et hoc quidem ne cuiquam dubium sit, possumus tripliciter persuadere, etc.” lege Authorem. Paulò tamen post ^c ita inquit; “Quamquam autem ista verissima sunt, siquis tamen, etc.” fiduciam piorum modestam et humilem minimè damnandum censens, si scilicet quis “non excludat merita Christi aut gratiam divinam à quibus illa” opera sua “habent totum suum valorem et acceptationem, sed intelligat, se in suis meritis fidere, quatenus ^{*} meritis Christi et gratiæ Dei innituntur;” verbo, quatenus non tam nostra merita seu opera sunt, quàm Dei ipsius dona.

6. Hosius; ^d “Quamvis exempla sanctorum commemorare liceat, qui cùm jam essent morti proximi, non omnino suis operibus diffidere visi sunt, ut Ezechias, ^e Paulus, ^f etc.” (vide authorem.) “Sed quotum quemque reperire licet, his præsertim temporibus, quibus ‘abundavit iniquitas, refrixit charitas multorum,’ ^g qui sic vitam suam transegerit, ut peræque confidenter

eurs ; “ Perchance some seek even eternal life not humbly, but as if in confidence of their own merits. . . . Let the prayer which is made for eternal life, be grounded on the good pleasure of God, and in all humility, presuming only on the divine mercy.” thus S. Bernard, whence also Stapleton himself a little before ;^a “ Because,” he says, “ The first and chiefest foundation of merit is the grace of Christ, I mean, the aid of grace, whereby in each of our works we are divinely aided to live in the practice of good and holy works, therefore the Scriptures and the Fathers have most diligently taught that we are to confide solely in God and His Christ, not in ourselves, not in our own justice, not in our merits.”

5. A. Vega ;^b “ And although,” he says, “ just men do many works meritorious of bliss, yet it is most truly said, that no one ought to place the confidence of obtaining bliss in his own merits. And truly, we can bring forward a threefold argument that no one should doubt of this, &c.,” read the author : yet a little after^c he thus says ; “ But although these are most true, yet if any one,” . . . esteeming the modest and humble confidence of the pious by no means to be condemned, that is, if any one “ do not exclude the merits of Christ or divine grace, from which these his works have their whole value and acceptation, but understands that he confides in his own merits in so far as they are based on the merits of Christ and the grace of God ;” in a word, in so far as they are not so much our merits or works as the gifts of God Himself.

6. Hosius ;^d “ Although it is possible to mention examples of holy persons, who when they were now close upon death have seemed to have been not altogether distrustful of their works, as Hezekiah,^e S. Paul,^f &c.,” (see the author) “ yet whom will you find, in these days especially when ‘ iniquity hath abounded, the love of the many waxed cold,’^g who has so passed his life as to be able to speak as confidently as they could, when he is

^a cap. 9
[v. 15, 20.]

^b in Confu-
tatione Pro-
leg. Brentii
lib. 5 [§ Nam-
corum
quo tu]
p. 394 [t. 1
p. 603.]

ut isti, loqui possit ex diversorio corporis hujus æternam illam in domum migraturus? Quamobrem tutius fuerit, ut cum sancto Job,^a vereamur omnia opera nostra, cùm non sine causâ videamus in Ecclesiâ Catholicâ semper observatum, ut, qui morti jam sunt proximi, diligenter admoneantur, etiam simulachro Christi crucifixi ante oculos posito, quo propriæ justitiæ diffusi in unâ Christi justitiâ spem suam et fiduciam omnem habeant collocatam, illam Patri cœlesti repræsentent, illi uni innitantur. etc.” Idem Hosius;^b “Non gloriamur de meritis nostris, non habemus in illis [præcipuè] fiduciam nostram collocatam; de hoc solo [præcipuè] gloriamur, in hoc solo [maximè] confidimus, quod membra sumus illius corporis tui, quod pro nobis . . . mortuum abundè pro peccatis totius mundi satisfecit. Quamobrem si merita à nobis requiris,” Domine, “ecce proferimus tibi merita corporis tui, quod cùm de nostro sit, nostra sunt et illius merita: proferimus tibi meritum passionis tuæ, etc. Hæc sunt merita nostra, quæ tu, clementissime Domine, nobiscum pro immensâ benignitate tuâ communicare dignatus es; secundum hæc merita abs Te judicari postulamus; his meritis freti coram tribunali tuo nos intrepidi sistimus, etc. Hæc merita interponimus inter nos et inter iudicium tuum: aliter iudicio tecum contendere nolumus, de quo solemniter protestamur. etc.”

^c de Ecclesia:
[Ecclesia
Catholica a
novatorum
columniis . .
vindicata]
cap. 5 p. 93,
etc.

* [p. 192.]

7. M. Eisengrenius^c summam doctrinæ Catholicæ de merito Christi exponens, sic loquitur; “Iterum atque iterum disertè et palàm pronuncio, doctrinam Ecclesiæ Catholicæ non aliam fuisse, quàm nunc à nobis dictum est; nimirum, quærere * nos peccatorum remissionem, reconciliationem cum Deo, et regni cœlestis hæreditatem in solo passionis et mortis Christi Jesu merito: præsertim verò quandò eò deventum est, ut hinc migrandum sit, multis in

about to depart from the inn of this body to that eternal home? Wherefore it will be safer, that with holy Job^a we be afraid of all our works, when we see that not without cause it has been always observed in the Catholic Church, that those who are now close upon death be diligently admonished (even the image of Christ crucified being placed before their eyes) that they should be distrustful of their own justice, and place their whole hope and confidence solely in the justice of Christ, should represent that to their heavenly Father, and rest on that alone." The same Hosius; ^b "We do not glory in our merits, we do not place our confidence [chiefly] in them, in this only do we [chiefly] glory, in this alone we [especially] confide, that we are members of that Thy Body, which . . . having been slain for us, has abundantly satisfied for the sins of the whole world. Wherefore if Thou," Lord, "requirest merits from us, lo! we offer Thee the merits of Thy Body, which as it is of our substance, are our merits as well as It's own; we offer Thee the merits of Thy passion. . . . These are our merits, which Thou, most clement Lord, of Thy boundless loving kindness hast deigned to impart unto us; according to these merits we claim to be judged by Thee; trusting to these merits we place ourselves untrembling before Thy tribunal; . . . these merits we interpose between us and Thy judgment; otherwise, we solemnly protest, that we will not strive with Thee in judgment."

7. Martin Eisengrenius, ^c expounding the sum of the Catholic doctrine concerning the merit of Christ, thus speaks; "Again and again I expressly and openly declare, that the doctrine of the Catholic Church is no other than what we have now said; viz. that we seek forgiveness of sins, reconciliation with God, and the inheritance of the kingdom of heaven, solely in the merit of Christ's death and passion. But especially when a man has come to the time when he must depart hence, the above-mentioned

^a tom. 3 de mendicitate spirituali parte 2 § Sinite ergo hostes nequissimi p. 570]

^b [p. 571.]

^c[Admonitio morienti: Opp. Anselmi p. 194.]

^d loco quo supra p. 65 [Confess. Petricov. c. 73 p. 291] ^e in appendice ad opusc. Joh. Roffensis de Fidei et Misericordia Dei: edit. Colon. anno 1556

locis memorati Scholæ Doctores expressè scripserunt, ejusmodi hominem in extremo spiritu constitutum, ad solum Christi meritum confugere debere, atque in illud spem et fiduciam omnem collocare; quod vel ex solo Gersonè perspicuum esse potest,^a qui cùm à dæmonibus ad desperationem sollicitaretur, respondit; ‘Non opus est, ut mihi mea peccata commemoretis, inferentes hinc, me cælestibus præmiis esse penitè indignum; id enim scio: sed scio quòd pius ille meus pater Jesus Christus meum debitum solvit, et mea omnia, quotiescunque mihi displicuerint, delevit peccata, mihiq; suo pretiosissimo sanguine cæleste regnum lucrifecit, et emit; et hoc titulo, et nullo alio possessionem hujus regni præstolor, . . . cælestiumque^b bonorum retributionem peto sub titulo et in spe gloriosi mei Redemptoris Jesu Christi.’ Hæc quidem,” inquit, “Gerson de suâ duntaxat personâ pronuntiavit. Verùm Anselmus, Archi-Episcopus Cantuariensis, qui ante Gersonem vixit, interrogationes quasdam^c conscripsit, infirmis in extremis constitutis proponendas, ubi sanè satis evidenter declarat, quem in scopum ducenda sit ipsorum fiducia, nempe non in aliud quicquam, quàm in mortem, in passionem et meritum Christi Domini. Inter has interrogationes agonizantibus proponendas, hæc est postrema: ‘Credis, te non posse salvari, nisi per mortem Christi?’ Respondet infirmus, ‘Etiam.’ Tum illi dicitur; ‘Age ergo, dum superest in te anima, in hac solâ morte fiduciam tuam constitue, in nullâ aliâ re fiduciam habe, huic morti te totum committe, etc.’” Legantur reliqua, quæ brevitatis studio omitto, apud Authorem hunc, [et] apud Hosium,^d [aut] apud Cassandrum,^e cujus hæc verba sunt; “Formula illa infirmos jam animam agentes interrogandi, in Bibliothecis passim obvia, quæ et separatim Anselmo Cantuariensi inscribitur, et parti Epistolarum inserta reperitur, etc.” vide

Schoolmen have expressly [taught and] written, in many places, that such a man, just yielding up his spirit, ought to fly solely to the merit of Christ, and to place all his hope and confidence in it; which may be clearly seen even from Gerson alone,^a who, when he was solicited by devils to despair, answered; ‘There is no need that you should remind me of my sins, inferring from thence that I am altogether unworthy of heavenly rewards, for that I know; but I know, that my pitying Father, Jesus Christ, has paid my debt, and has blotted out all my sins as often as they have given me displeasure, and by His most precious blood has gained and purchased for me the kingdom of heaven; and, by this title, and by no other, do I expect the possession of this kingdom, . . . and^b I seek the retribution of heavenly good things under the title and in the hope of my glorious Redeemer Jesus Christ.’ These words indeed,” he says, “Gerson has pronounced only in his own person. But S. Anselm, the Archbishop of Canterbury, who lived before Gerson, wrote certain questions,^c to be proposed to sick persons in extremity, where truly he clearly enough declares to what object their confidence is to be directed, viz. to nothing else but to the death, the passion, and the merit of Christ our Lord. Among those questions to be proposed to those who are in agony, the last is this: ‘Do you believe that you cannot be saved, except by the death of Christ?’ The sick person answers, ‘yes.’ Then it is said to him, ‘Come then, whilst thy soul remains in thee, place thy’ [whole] “confidence on this death alone, have confidence in no other thing, commit thyself wholly to this death, &c.” let the remainder, which I omit from a desire of brevity, be read in this author; or in Hosius;^d or in Cassander,^e whose words are these; “This formula for interrogating the sick when just a dying, which is to be met with in Collections everywhere, which also separately is ascribed to S. Anselm of Canterbury, and is found inserted in the part of his Epistles, &c.” See also

^a in causis
[graves et
justæ
Cause cur
Catholicis in
communio-
ne veteris
Christianis-
mi constan-
ter perse-
verandum
sit] causa 14
[p. 462]
ed. Colon.
anno 1589.
* [p. 193.]
^b Exam [en
Concilii
Trid.] part. 1;
de Justir.
p. 143 ed.
Genev. 1614.
^c in Respon-
sione ad
Jesuit.
Hibern.
[Answer to
the Chal-
lenge of an
Irish Jesuit]
de meritis
[ch. 12 of
merits, &c.]
513 [t. 3
p. 567, 568.]
^d de animi
tranquilli-
tate: Lugd.
1543 p. 366,
etc.

et Casparum Ulenbergium ^a * aliosque Romanæ partis. lege et Chemnicium, ^b Jacobum Usserium nunc Archi-episcopum Armachanum ^c aliosque plurimos Protestantas.

8. In Ordine Baptizandi cum modo visitandi, edit. Venet. anno 1575. hæc habentur verba; “Credis, non propriis meritis, sed passionis Domini nostri Jesu Christi virtute et morte ad gloriam pervenire? Credis, quòd Dominus noster Jesus Christus pro nostrâ salute mortuus sit, et quòd ex propriis meritis vel alio modo, nullus possit salvari, nisi in merito passionis ejus? Non erit desperandum vel dubitandum de salute illius, qui suprâ positas positiones corde crediderit, et ore confessus fuerit, etc.” Hæc quidem verba Pontificii Censores in suis indicibus expurgatoriis expungi jusserunt, sed fide pessimâ. Verba enim sunt verissima et consolationis plenissima, præsertim hominibus de vitâ migraturis.

Florentius Volusenus Scotus Catholico-Romanus; ^d “Fieri potest,” inquit, “ut divina bonitas, quia divina, hoc est, immensa est, etiam imperfecta illa nostra officia, cujusmodi esse omnia dixi, boni consulat, meriti loco habeat, et laude ac præmio digna judicet. Verùm mihi ægrè licere arbitror, statuere aliquod meum ullâ in re meritum; quandoquidem ab eo, cujus imperium detrectare nefas est, jubemur, cùm fecerimus omnia, quæ officii nostri sunt, fateri, nos servos esse inutiles: neque profectò ille voluit, ut aliud in linguâ, aliud in animo haberemus, et fucatâ quadam uteremur modestiâ. Deponenda est ergo, quæ ex operibus, aut rebus nostris gestis, quamlibet præclaris, nascitur fiducia: nos totos in Deum conjiciamus, ille nobis sit sacra anchora; unâ illius bonitate atque misericordia nitamur, nos totos in illius fidem ac clientelam conferamus; neque sic salutis nostræ laudem dividamus, ut partem alteram Deo permittamus, alteram nobis vendicemus. Quod cùm nefariè fiat, quid sentiendum est de

Caspar Ulenbergius,^a and others of the Roman Party ; read also Chemnicus,^b James Usher, now Archbishop of Armagh,^c and very many other Protestants.

8. In the *Ordo Baptizandi cum modo Visitandi*, published at Venice in the year 1575, these words occur ; “ ‘ Do you believe, that you will attain to glory, not by your own merits, but by the virtue of the passion and death of our Lord Jesus Christ ? Do you believe, that our Lord Jesus Christ died for our salvation, and that no one can be saved by his own merits, or in any other way, but only by the merit of His passion ? ’ The salvation of a man who has believed with his heart, and confessed with his mouth, these positions, is not to be despaired of, or doubted, &c.” These words, indeed, the Popish censors have, in their *Expurgatory indexes*, ordered to be expunged, but with very bad faith. For the words are most true and most full of consolation, especially to men who are just leaving this life.

Florence Wilson, a Scotch Roman Catholic ;^d “ ‘ It may be that the divine goodness, in that it is divine, that is, boundless, may accept as good, reckon as merit, and judge to be worthy of praise and reward, even these our imperfect performances, of which sort, as I have said, all our [performances] are. But, I think that it is scarcely allowable in me to assert, that I have any merit in anything, since we are ordered by Him, Whose command we dare not disobey, that, when we have done all things which are our duty, we should confess ourselves to be unprofitable servants ; and, certainly, He did not mean us to have one thing in our mouth and another in our heart, and to use a counterfeit modesty. We must lay aside, therefore, that assurance which springs from our works or actions, however excellent ; let us cast ourselves wholly on God ; let Him be to us a sacred anchor ; let us lean solely on His goodness and mercy ; let us betake ourselves wholly to trust in Him and to His protection, nor so divide the praise of our salvation as to leave one part to God, and claim the other for ourselves. Since this would be an impious thought, what are we to think

ius, qui merita sua jactare atque venditare, tanquam ipsis superessent, non verecundantur? etc.”

* [p. 194.]

a [Catholici
Orthodoxi
sive] summæ
controver-
siarum
tract. 4 q. 12
[§ 2] p. 435
[Operum
t. 3 p. 456.]

Innumera alia virorum doctissimorum veterum et recentiorum testimonia huic sententiæ firmandæ adduci possent.* Sed in re tam apertâ atque omnium fidelium experienciâ comprobatâ nihil est necesse diutiùs morari. Videantur alii. “Hoc faciunt,” inquit A. Rivetus,^a “opera bona, non tanquam causæ et fundamenta fiducia nostræ,” (intellige, non tanquam causæ principales aut propriè meritoria, etc.) “sed tanquam argumenta, indicia, et testimonia virtutis Spiritûs Sancti in nobis, tanquam fidei effectus,” (adde, et tanquam salutis consequendæ etiam causæ aliqua, licèt secundaria) “ut de misericordiâ Dei erga nos confidamus, sed non ob dignitatem operum.” sic quæstio de fiduciâ aliqua in bonis operibus [ponendâ] facilè tollitur aut saltem minuitur.^b

b vide Eras-
mum tom. 9
contr. Theol.
Paris. tit. 17
de fiducia
bonorum
operum et
meritorum
p. 718: lege
eundem, p.
714 [?p. 749?]
750, etc.
c [e.g. Paræus
de justif. c.
Bell. l. 5 c. 7
§ Quomodo
verò, inquis,
Concilium.]
d sess. 6
cap. 11 et
can. 31.
e [lib. 5 de
justif. c. 8.]

9. Licere benè operari intuitu mercedis æternæ, nunquam negârunt Protestantes, etiam rigidiores: ac proinde Patres Concilii Tridentini,^d Bellarminus,^e cæterique Romanenses, qui contrarium illis impingunt dogma, manifestam faciunt injuriam. Hoc tantùm negant Protestantes, licere benè operari intuitu vitæ æternæ tanquam mercedis pro meritis, etiam propriè sic dictis, sive ex condigno nobis debitæ: affirmant etiam, non tantùm, nec præcipuè intuitu mercedis æternæ benè operandum esse, quando hoc non tam filios deceat, quàm mercenarios, à quibus citra mercedis spem nihil impetres; sed primùm quidem propter gloriam Dei, deinde etiam propter mercedem vitæ æternæ benè operantibus ex immensâ Dei propter Christi merita benignitate promissam. Quod ipsum docent etiam Romanenses omnes. Tam operosâ ergo rei minimè controversæ probatione ex Scripturis, Patribus, etc. facilè supersedere potuisset Bellarminus;^f sed, proh dolor, plerique Theologi qui hodie controversa

of those who are not ashamed to boast and vaunt of their merits as if they had more than enough?"

Numberless other testimonies of most learned men, both Ancients and Moderns, might be adduced to confirm this opinion; but there is no necessity to dwell at greater length on a matter so manifest and so well proved by the experience of all believers; see others. "Good works," says A. Rivetus,^a "not as being causes and foundations of our assurance," (understand, not as being the principal, or properly meritorious causes), "but as being arguments, indications, testimonies of the power of the Holy Ghost in us, as being the effects of faith," (add, and as being also causes of a certain kind, though secondary, of obtaining salvation), "bring it to pass, that we are assured of God's mercy towards us, but not on account of the worth of the works." Thus the dispute, whether we may not have some assurance from good works, may easily be settled, or at least lessened.^b

9. Protestants, even the more rigid,^c have never denied that it is lawful to do good works with a view to the eternal wages; and, therefore, the Fathers of the Council of Trent,^d Bellarmine,^e and the other Romanists, who ascribe to them the contrary opinion, do them a manifest injustice. Protestants deny this only, 'that it is lawful to live holily with a view to eternal life, as being wages for merits, and such as are even properly so called, that is, as wages which are due to us of condignity;' they also affirm, that we are not to do good works solely or principally with a view to the eternal wages, since this would not so much benefit sons, as hirelings, from whom you obtain nothing without the hope of wages, but that we are to do so in the first place on account of the glory of God, and next on account of the wages of eternal life, promised out of God's immeasurable goodness, on account of Christ, to those who live holily; which same thing all Romanists also teach. Bellarmine, therefore, might easily have dispensed with so laboured a proof^f from Scripture, the Fathers, &c. of a thing which is not in any way controverted; but, alas! most of the divines who now treat the

fidei dogmata tractant, studio partium adeo miserè ducuntur, [et†] tantùm non (quod gemens dico) dementantur, ut nihil ferè ab illis, quos in plurimis non tam adversarios habent, quàm faciunt et fingunt, rectè dictum esse velint.

10. Quàm timidè enim loqui cogitur Bel-
 larminus quando^a ait, “ Calvinum^b negare
 videri, operandum esse intuitu mercedis, et,
 quoniam^{*} negare non potuit, Scripturas interdum
 hortari homines ad bonum spe mercedis, addere,
 saltem non esse à tali exhortatione ducendum
 exordium ! etc.” Sed videantur ipsa ex Calvino
 citata loca : atque alia etiam, quæ ex aliis allegari
 solent à Romanensibus ; et, ut dixi, manifestam
 illis injuriam fieri, luce clariùs apparebit.

^a [lib. 5] c. 8
 [§ Altera
 questio.]
 etc.
^b Instit. lib. 3
 cap. 16 s. 3
 etc. [et
 cap. 18.
 s. 2.]
^{*} [p. 195.]

11. Certè Protestantes omnes, si rectè et
 candidè illorum dicta, in speciem fortè duriùs
 aliquando sonantia, accipiantur, agnoscunt, quòd,
 “ etsi in benè operando præcipuè Deum ejusque
 gloriam, tanquam ultimum finem, spectare debeamus ;
 quia tamen subordinata non pugnant, et
 nostra salus cum Dei glorià artissimè conjuncta
 est, ideirco ad excitandum socordiam nostram,
 omninò licitum sit” etiam mercedem promissam,
 ut “ finem secundarium,” qui propter Deum
 ejusque gloriam expetatur, “ semper ob oculos
 habere : sic tamen, ne servilis et mercenaria fiat
 nostra erga Deum obedientia, sed ut Deum
 imprimis propter se ipsum, non propter nos-
 trum aliquod commodum, sincerè semper di-
 ligamus, amore scilicet amicitiae, non amore
 concupiscentiae, uti vulgò vocant,” quemadmo-
 dum rectè Vorstius.^c Verbo, illud Bernardi,^d
 rectè intellectum sibi probari profitentur ; ‘ Non
 sine præmio diligitur Deus, etsi absque præmii
 intuitu’ (id est, quamvis nullum promitteretur
 præmium) ‘ diligendus est.† Vacua namque vera
 charitas esse non potest, nec tamen mercenaria
 est, etc.’

^c Anti-Bell.
 [armino
 contracto]
 tom. 1 p. 642.
^d lib. de dili-
 gendo Deo.
 [tom. 1
 p. 592.]
 † [P. F. sit.]

controverted dogmas of faith, are so miserably led, and all but (I say it with grief) beside themselves with party-spirit, that they will scarcely allow that anything at all is rightly said by those whom (in most things) they have not so much their opponents, as they make and feign them to be.

10. For how timidly is Bellarmine forced to speak, when he says,^a that “Calvin^b seems to deny, that we are to work with a view to the wages, and that, since he could not deny that the Scriptures sometimes exhort men to good by the hope of the wages, he” [Calvin] “adds, that at least we must not begin from such an exhortation?” &c. But see the passages themselves which he cites from Calvin; and other passages also which are wont to be brought forward by Romanists from other writers; and, as I said, it will appear clearer than the noon-day, that a manifest injustice is done to them.

11. Certainly all Protestants acknowledge, if their words (which perchance occasionally seem to sound rather harshly) be interpreted rightly and candidly, that “in living holily, although we ought chiefly to consider God and His glory as our ultimate end; yet since subordinate things are not repugnant, and our salvation is very closely joined with God’s glory, therefore to arouse our listlessness, it is altogether lawful to keep always before our eyes the promised wages also, as a secondary end, which is to be wished for on account of God and His glory; yet so that our obedience towards God do not become slavish and like a hireling’s, but that we always sincerely love God in the first place for His own sake, not for any advantage to ourselves, viz., with the love of friendship, not with the love of desire, as it is commonly called,” as Vorstius^c rightly says. In a word, they profess that they approve of that saying of S. Bernard, when rightly understood;^d ‘God is not loved without reward, although He is to be loved without a view to the reward,’ (*i. e.* even although no reward were promised) ‘for true love cannot be empty, as neither is it mercenary.’

12. Imò non tantùm servile aut mercenarium non esse, æterni præmii aut mercedis cœlestis intuitu benè operari, existimant Protestantes, sed nec servile esse, comminationibus, æternæ mortis respectu, ad benè agendum moveri. Imò, quod majus est, ne quidem promissis hujus vitæ incitari ad bona opera, servile aut sordidum esse, si tantùm moveamur eam ipsam ob causam, quia gratiosè à Deo promissiones istiusmodi benè operantibus factæ sunt. Quo enim argumento utitur Deus in Scripturis passim ad movendum et persuadendum, eodem moneri † nos, non est servile aut mercenarium. “Pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, et futuræ,” etc.^a Vide, ut alios innumeros Protestantes silentio prætereamus,^{*} Bucerum ;^b Joh. Davenantium, Episcopum Sarisburiensem,^c et Remonstrantes^d fusè hac de re disserentes. Alstedius^e sic loquitur ; “Cùm nulla sint nostra merita propriè dicta, in iis nulla potest poni fiducia. Alias fiduciam possumus ponere in operibus, quatenus testimonia sunt electionis et fidei infallibilia. Ita enim bona conscientia ex iis oritur, etc.” et ;^f “In benè operando præcipuè debemus spectare Deum ejusque gloriam, tanquam finem ultimum,^g et secundariò nostram salutem, etc.” vide Authorem, quædam magis, quædam minus commodè pronunciantem.

† [*fortasse*
moveri.]

^a 1 ad. Tim.
c. 4 v. 8.

* [p. 196.]

^b in [cap.]²
ad Rom.

p. 102, 103,

[§ Quid in

hac quæstione] etc.

^c in cap. 1

ad Coloss.

v. 5 p. 42, 43,

etc.

^d in nupera

sua Apologia

cap. 11

pag. 126.

^e Theol.

Polemicæ

parte 4

[controv.

tom. 4

Bellarmin.

sect. 4 de

justif.]

controv. 15

[p. 565.]

^f controv. 16.

^g cap. 3 ad

Col. [v. 17.]

CAPUT III.

De meriti vitæ æternæ verè ac propriè dicti conditionibus brevissimè disseritur. Vide Bell. à cap. 10. ad cap. 16.

1. DE prolixâ hac Bellarmini disputatione ;
“ Quæ sint et quot conditiones, ut aliquod opus

12. Nay, not only do Protestants think that it is not slavish or mercenary to live uprightly with a view to the eternal reward, or the heavenly wages, but even that it is not slavish to be moved to live uprightly by threats with a respect to eternal death. Nay, what is still more, that it is not slavish or sordid, to be incited to good works even by the promises of this present life, provided only that the reason why we are moved, be, because such promises have been graciously made by God to those who live uprightly; for it is not slavish or mercenary that we should be moved by the same argument which God uses all through the Scriptures to move and persuade. “Godliness is profitable unto all things, having promise of the life that now is, and of that which is to come.”^a See, to pass over in silence numberless other Protestants, Bucer;^b J. Davenant Bishpp of Salisbury,^c and the Remonstrants^d who discuss this subject at length. Alstedius^e thus speaks; “Since we have no merits properly so called; in them no confidence can be placed: but otherwise, we can place confidence in works, in so far as they are infallible testimonies of election and faith. For thus a good conscience arises from them.” and;^f “In working aright, we ought chiefly to consider God and His glory as the ultimate end,^g and, secondarily, our own salvation, &c.’ see the Author, who lays down some things more fittingly, others less so.

CHAP. III.

A very short discussion concerning the conditions of the merit (truly and properly so called) of eternal life. See Bellarmine from cap. 10 to cap. 16.

1. CONCERNING this prolix discussion of Bellarmine’s, “What, and how many, are the conditions that any work may be called truly

dici possit verè ac propriè meritorium felicitatis æternæ,^a paucis hæc monuisse sufficiat.

^a [lib. 5 de
justif. c. 10
§ Sequitur.]

2. Primò, Protestantes nullum tale in operibus nostris agnoscunt meritum, ac proinde de hac disputationis Bellarminianæ parte minùs solliciti sunt.

^b [ubi supra
§ Prima
conditio.]

3. Secundò, Neque etiam conditiones illæ septem à Bellarmino commemoratæ,^b ‘1. Ut meritum sit opus bonum; 2. Ut fiat in obsequium Dei; 3. Ut fiat à viatore; 4. Ut opus sit liberum; 5. Ut fiat ab amico et grato Deo; 6. Ut intercedat promissio; 7. Ut ex charitatis virtute procedat;’ ad verum et propriè dictum meritum vitæ æternæ constituendum sufficiunt; aliæ enim præter has requiruntur conditiones, ut opera justorum propriè vitam æternam mereri possint, uti * rectè docent Protestantes,^c scilicet, Primò, Ut opera nostra sint undequaque perfecta, non tantùm ratione partium, nempe ut nihil unquam faciendum omittamus, nec omittendum committamus, sed etiam graduum ratione. Atqui etiam cùm facimus facienda, semper tamen abest illa charitatis perfectio, quam legis ἀκριβεια requirit, ut rectè Vossius;^d frequentissimè etiam illa, quæ juxta mensuram donationis Christi^e hic conceditur, ac pro statu viæ renatis possibilis est. Secundò, ut quod præstamus, indebitum sit. Tertio, ut opus planè vel imprimis nostrum sit, non ejus, à quo mercedem expectamus. Quarto, opus est etiam proportionè et æqualitate inter opera ac mercedem. Hæ conditiones si desint, vel earum una, certè opera hominum mortalium et peccatorum, quantumvis regeneratorum, nihil meriti propriè dicti, quoad † vitæ æternæ ademptionem, habere possunt apud Deum.

* [p. 197.]
^c [vide Vos-
sium Theol.
disp. 5 de
bonorum
operum
meritis
th. 1-5
pp. 66-70.]

^d disp. sæpe
memoratis
de bonis
operibus
eorumque
meritis:
[Theol.
disp. 4
de bonis
operibus ad
qu. 2. th. 2.
p. 59.]
^e [c. 4 ad
Eph. v. 7.]

† [Ed. quod]

† initio
cap. 10
[§ Sequitur]

4. Tertio, De tribus solùm è septem illis conditionibus inter Romanenses convenire, de cæteris verò dissentire, Bellarminus ipse ingenuè confitetur.^f

and properly meritorious of eternal happiness,^a let the following short remarks suffice.

2. First, Protestants acknowledge no such merit in our works, and, therefore, are less concerned about this part of Bellarmine's argument.

3. Secondly, Nor are the seven conditions mentioned by Bellarmine,^b "1. That the merit be a good work; 2. That it be done in obedience to God; 3. That it be done by a pilgrim; 4. That it be a free work; 5. That it be done by one who is a friend of God, and pleasing to Him; 6. That a promise intervene; 7. That it proceed from the power of love"—sufficient to constitute a merit (truly and properly so called) of eternal life; for, besides these, there are other conditions required, in order that the works of the just can properly merit eternal life; as Protestants rightly teach,^c viz., 1. That our works be every way perfect, not only as regards parts, viz., that we never omit any thing which ought to be done, nor do any thing which ought not to be done, But also as regards degrees;—Now, even when we do those things which ought to be done, there is always wanting that perfection of love which the rigorous exactness of the Law requires, (as Vossius rightly says,^d) and very frequently even that degree of perfection of love which is here bestowed upon us, according to the measure of the gift of Christ,^e and is possible to the regenerate, according to our state of pilgrimage;—2. That what we perform be not a debt; 3. That the work be altogether or chiefly ours, not His, from Whom we expect the wages; 4. There is need also of a proportion and equality between the works and the wages. If these conditions, or any one of them, be wanting, [the work is not meritorious; and] certainly the works of men who, albeit regenerate, are mortal and sinners, can have in the sight of God nothing of merit properly so called, as regards the acquiring of eternal life.

4. Thirdly, Bellarmine himself frankly owns,^f that Romanists are agreed on only three of these seven conditions, but are at variance as to the others.

^a q. 8. [de libertate credendi § Et licet pro. Oper. p. 150.]
^b ibidem sect. omis- sis igitur.

5. “Libertatem” enim “arbitrii ad merendum non esse necessariam, contra communem Theologorum sententiam ex Joh. Pici Apologiâ ^a sensisse Rob. Holcotum,” refert Bellarminus.^b Sententia hæc, si modo Holcoti sententia fuit, quâ de re non disputo, nec Scripturis nec Patribus nec rectæ rationi satis consentanea est, ut rectè demonstrat Bellarminus, et libenter concedunt multi doctissimi Protestantes, qui tamen ab omni merito propriè dicto vitæ æternæ asserendo abhorrent. Sed disquisitio hæc alterius est loci, cùm spectet ad controversiam de libero arbitrio tantoperè hoc sæculo, cùm inter Romanenses, tum etiam inter Protestantes ipsos agitatam; ac proinde in præsentiarum missam facimus.

^c vide Bell. c. 12 [Sect. Fuit opinio etc.] et 13.
[†] [fortasse nominatus.]
[‡] [Ed. 2^a]

6. Ad meritum vitæ æternæ non requiri, ut in statu gratiæ et adoptionis filiorum fiat, censuit Michael Baius, Theologus Lovaniensis,^c Bellarmino quidem non nominatur,[†] sed cujus sententia hæc de re, ut [et[‡]] de aliis quibusdam, recte damnata fuit, licèt de aliis nonnullis iniquissimè taxata et damnata Bullâ Pii 5. Pontificis, à Gregorio 13. renovatâ.

^d vide Bell. c. 14.
^{*} [p. 198.]

7. Ad meritum vitæ æternæ promissionem Dei sive pactum liberale atque gratuitum, requiri, negavit idem de quo suprâ Baius,^d atque cum eo multi alii Theologi Romanenses,^{*} ut mox dicemus.

^e de Gratian Proleg. 6, c. 2, [n. 1.]

De Michaele Baio jam bis nominato, et de censurâ Pii 5. et Gregorii 13. aliquarum illius assertionum, audi Suarez;^e “Fuit nostris temporibus in Lovaniensi Academiâ doctor quidam Catholicus et eruditus, cujus nomen cùm Pontifices silentio præterierint, libenter tacerem, nisi jam ex aliorum libris et scriptis esset notissimum, scilicet Michael Baius. Ille igitur in aliquibus libris, quos de charitate et rebus aliis scripsit, varios articulos seu assertiones posuit, in quibus nunc ad Pelagianismum, nunc ad Lutheranismum, et Calvinismum inclinât. Cùmque esset ex

5. For Bellarmine^b relates, on the authority of the Apologia of Johannes Picus,^a that Robert Holcot held, that freedom of will is not necessary in order to merit, contrary to the general opinion of divines. This opinion, if indeed it was Holcot's opinion, which matter I will not enter into, is not agreeable either to Scripture, or to the Fathers, or to right reason, as Bellarmine rightly proves, and is willingly granted by many most learned Protestants, who, however, are as far removed as possible from asserting any merit (properly so called) of eternal life. But this enquiry belongs to another place, since it pertains to the controversy about free will, so much agitated in this age, as well among Romanists as among Protestants themselves, and therefore for the present we put it aside.

6. Michael Baius, a divine of Louvain, held,^c that a work which merits eternal life, does not require to be done in the state of grace and adoption of sonship. Bellarmine, indeed, does not name him, but his opinion on this subject, and on certain others, was rightly condemned, although on some other points it was most unjustly found fault with and condemned, by a bull of Pope Pius 5, which was renewed by Gregory 13.

7. The same Baius of whom we have just spoken,^d and with him many other Romanist divines, as we shall presently show, denied that the promise of God, or His free and gratuitous covenant, is required in order that a work may merit eternal life.

Concerning Michael Baius, whom we have twice named, and of the censure by Pius 5 and Gregory 13 of some of his assertions, hear Suarez ;^e "There was in our times, in the University of Louvain, a certain Catholic and learned Doctor, whose name (since the Popes have passed it over in silence) I would willingly suppress, were it not already well known from the books and writings of others—viz., Michael Baius. He, therefore, in some books which he wrote about charity and other matters, laid down various articles or assertions, in which he inclines sometimes to Pelagianism, sometimes to Lutheranism and Calvinism. And as he was a man of remarkable

